cationem, quia in Bulla nulla fit mentio. De re-
servatione ultima scilicet 21. excommunicationis, et
hoc subiciat ipse. vide fol. 209.

Lax decommunicationis sinodales de Oripo de Mallorca

Tabanus, decimis, pia, Reitor tu moniales.

contrahit, et turpi talis, benedictis tictus.

concupiscit, leno monitus, nec vivere junctos.

Adque ad nubendus cogens, absolvere in su.

1^a. excommunicatio est contra omnes heredes, et pro-
curatores, et executores (quos manu missores, seu
Marmosores vocat) qui infra annum a die obi-
tus testatoris legata pia no adimpliverint:
et quodvis excuset. ab hac excommunicatione si
no adimplent usque ad annum tamen no excuset
a gravissimo peccato si possit antea adimplere
et no adimplent. Et isti tales no possunt absol-
vi nisi adimpleverint vel illud munus renun-
taverint. Et haec no est sola

2^a. excommunicatio comprehendit omnes negligentes 2
solvere decimas, vide fol. 89. de casibus Episcopo

244
Episcopo reservatis; sed manet explicare illa
particula statim collectis fructibus. Statim
intelligit. cum aliquo temporis intervallo; attamen
in hac materia standum esse temporis consuetudine;
et si quis intra tempus consuetudine approbatus non
obvet decimas in hac excommunicatione ^{non} incurreret. Ita negligentia
(de qua loquimur) est ommissio alius rationis, quae
necessariae sunt ad opus suo tempore ^{facta} ^{lata}.

3. 3^o excommunicatio comprehendit omnes moniales
confitentes Confessario ad id specialiter ab
Episcopo ^{non} approbato; quia hoc convenit (propter
rationes) ad bonum regimen, et disciplinae regula-
rem observandum. et est lata sententia.

4. 4^o excommunicatio comprehendit quoscumque viros
sacri praesertim initiatos in tra Ecclesia am-
bikos tabacco uti non crubescentes; quod intel-
ligit de mislicantibus tabacum in foliis et pa-
tet in brevi Urbani 8. edito die 30 Januarii
1642. ad supplicationes Capituli Ecclesiae me-
tropolitanae Hispaniensis. Et haec est lata.

5. 5^o excommunicatio comprehendit Doctores qui alii
quod dispositum est a Consilio Tridentino
matrimonio assistunt, id est et non assistent
matrimonio non facti denunciationibus in tribus

diebus festiuis abaque facultate Episcopi nisi er-
 geat necessitas; et hac excommunicatio est solus
 contra hereticos. Et hoc est hinc sententia
 6. excommunicatio comprehendit eos contractus 6.
 matrimonius sine proclamationibus aut fa-
 cultate ordinarij. Et alia comprehendit promi-
 rantes, consules, factores et testes ad ea
 facientes. Et hac excommunicatio est Episcopo re-
 servata. ~~Et~~

7. excommunicatio comprehendit eos qui matrimo-
 nius contraxerunt et intra duos menses benedic-
 tiones nuptiales contempserunt. Opinio quorundam
 inter doctores an ista benedictiones erant ex pre-
 cepto et consequent. obligatoris sub peccato mortali
 vel obligatoris ex consilio, in hoc Regno sub
 lata est et potest prohibita est excommunicacione
 synodali. Ex jure comuni quando unus ex con-
 jugatis contraxit secundas nuptias et in priori-
 bus benedictiones nuptiales accepit secundas
 sunt benedicenda, quia ord. repetit. c. de rei.
 Benedictiones nuptiales impendenda sunt a pro-
 prio Parrocho contractus sive viri, sive mulie-
 rij, et a nullo alio nisi de licentia Parrochi
 vel ordinarij. Et si he sacerdos de seculari, quod
 regularis sponsos et sponsas absque dila licentia

147.
Benedictiones, ipso iure tamdiu suspensae manent quam
diu ab Ordinario Parrochi a quo suscipiendae
erant observant. Haec benedictiones prohibita
sunt sub gravi culpa ab adventu usque ad
indiem Epiphaniae; et a feria 4^a cinerum usque
in octavas Paschalis inclusive. et a lata sententia

8. 8^a excommunicatio comprehendit sponsus et spon-
sam data fide de matrimonio contrahendo, in
eodem lecto commorantes, sive et moras facientes,
donec presente et Parrocho et testibus matrimonio
contrahat. et hoc est propter promissa scilicet
comitendi peccata sequentia. Et est lata sententia

9. 9^a excommunicatio comprehendit omnes sponsores
sponsae scilicet, aut testibus impudicis se mu-
tuo attractantes data fide de contrahendo ma-
trimonio, ante legitimam matrimonij celebra-
tionem per verba de presenti. Comprehendit
adjuvantes, suadentes, sive directe vel indirecte
concurrentes, sive eos qui sponsus vel sponsa
ad hoc impulserint vel hortati fuerint; et
est lata sententia.

10^a excommunicatio comprehendit sponsus et sponsa
sponse ingredi presumentes quod ratio
aliquo impedimento, seu gradu prohibito
ad sedem Apostolicam dispensatione indigenti

reuerent, quo ad usque liberis, et ei ad optatam 147.
sede Apostolica dispensatione matrimonium
consummare; et est excommunicatio lata sen-
tentia.

ii^a excommunicatio comprehendit conjuges qui in
infra triduum a matrimonio contracto non coha-
bitant ibidem; ^{et} absque licentia ordinarij se-
parent; hoc excommunicatio preterquam a la-
to sententia est Episcopo reservata et patet
in edito n. 21.

ii^a excommunicatio comprehendit omnes concu-
binarios post monitionem non resipientes. cuius-
visque gradus sint, qui in propriis domibus vel
in alienis palatijs vel occulte concubinas reti-
nentes infra mensem pro tribus terminis, et
admonitionibus canonicis non egerint.

Mandat etiam Rectoribus et Vicariis ut prima
dominica quadragesima presentis constitutionis
populo vulgarit. et ubi fuerit, si sola moni-
tione ipsi concubinarij resipiscere nonauerint
ipsi excommunicationis ~~lata sententia~~ incur-
rant. quia non est lata

Concubinatus est frequens et consuetus forni-
catis ubi eadem persona per omnes species lux-
urios vagans. Et rite concubinatus, id est addit

continuacione alui luxurie in specie cui qua
 coniungit. sed no mutat speciem peccati.
 Concubinarius dicit. ille, qui uxulas habet
 cuius femina, tenendo eas ac si esset uxor. Forn
 carius uero, qui uxulas habet modo uisano
 et modo uis alia; et ~~uix~~ est grave pecca
 tus et periculosus, quia semper manet in sta
 tu peccati mortalis, et in proposito saltem
 virtuali. et ideo no est absolvendus nisi in
 cubinas citiat.

13. 13^a excommunicatio comprehendit lenones,
 et lenas, qui uxores, filias, sorores, aut
 alias extraneas mulieres in domibus pro
 priis uel alienis prostitutas retinentes, uel
 prostitutas procurantes hanc excommunicatio
 nem incurrit. Et haec est haec sententia

14. 14^a excommunicatio comprehendit omnes, qui
 directe uel indirecte aliquos cogunt quos ma
 ritaliter libere matrimonium contrahat. Sicut
 Gregorius 13. declaravit hanc excommunica
 tionem comprehendere solum Dominos et Magis
 tratus directe uel indirecte cogentes. Et tunc
 Synodus Majoricensis praecipit omnibus in
 quibus dignitatibus et conditionibus quovis
 modo cogant, hanc excommunicationem

excommunicationis ipso facto incurrat. *de h. l. 49.*
15.º excommunicatio comprehendit omnes scientes. *l. 9.*
aliquid impediens matrimonij, et non de-
regentes facta trina monitione, et contra-
fringentes illud ad impediendum matrimo-
nium; si impedimentum plene probari potest te-
nent omnes illi denudare tale impedimentum
alioquin hanc excommunicationis lata sententia
incurrunt.

16.º comprehendit omnes illos, qui eum, quod ali-
quo ex predictis decem et novis casibus Episcopi
Majoricensi reservatis fol. 83. enume-
ratis, implicatus invenerit sub pena ex-
communicationis statim incurrenda (dempto
mortis articulo) absolvere audeant.
Hæc excommunicatio non comprehendit Religiosos
exemptos a jurisdictione Episcopi, quia lex et
censura non ligat nisi subditos ferentibus illis;
et Religiosi non tenent observare leges Syno-
dalis nisi ratione vitandi scandali, et si he-
dempto scandalo non tenent. Illi servare.
An Regulares possint absolvere quos quædam acesi-
bus Episcopo reservatis, sententia affirmativa
probabilior est, et sibi amplectenda propt. Au-
thoritatis et rationis, et sibi hæc sufficiat. vide
fol. 206.

190
DE SUSPENSIONE CENSURARUM

Suspensio est censura, qua Clericus privatur usu Ecclesiastici officij vel beneficij.

Suspensio est multiplex 1^a est a beneficio tantum sive sit Canonatus, Dignitas vel Episcopatus. 2^a ab officio tantum sive sit ordinis sive jurisdictionis. 3^a est ab officio, et beneficio simul. Et haec una est ab officio in totum et alia in partem. 4^a est suspensio penalis, quae fertur in pena delicti. 5^a est medicinalis, quae intendit emendationem, et bonum delinquentis. 6^a est temporalis, quae fertur ad limitationem temporis 7^a est perpetua, quae fertur absque limitatione Et ultimae, a jure vel ab homine et sihe q.

~~Officium divinum est potestas spiritalis Effectus suspensionis, est quod suspensus exerceat aliquid contra censuras peccat mortaliter nisi habeat causas causantes a censura ut diximus fol. 121 et si suspensus est ab ordine exerceat aliquid actu ordinis majoris peccat mortaliter in eo it irregularitate, si est actu jurisdictionis ad arbitrium iudicij colligat; si suspensus est a beneficio privat. omnibus fructibus, et distri-~~

142.
Distributionibus quotidianis ratione beneficii
non vero inventitibus, et omnia alia que non bene-
ficiis non dantur. Audientis missam, et supposito
non inducens illud nec illi servit non peccat, nec
qui recipit Eucharistiam, vel usum in divinis
comunicat, quia non tenemus illos evitare, licet
quod non licet illi cooperari.

Officium divinum est preter spirituales ad aliquos
alios spirituales et ecclesiasticos ordinata vel
instituta.

Beneficium est jus perpetuum, et ecclesiasticum. De-
re canonice inhaerens ad precipuos fructus
et proventus ecclesiasticos, preter similibus prop-
ter aliquod spirituale et ecclesiasticum obsequium

Residentia beneficii est presentia in eodem loco, quo
quis habet beneficium; per quod differre non absen-
tia a choro et alii quilibet beneficiarius in eodem
opido verset; divinis tamen officii non residet.

Causa exstantes, a residentia sunt haec 1. ut divi-
tiana charitas 2. vrgens necessitas 3. debita
obediencia. 4. evidens Ecclesia vel Reipublice
utilitas; quia licet residentia sit formaliter de jure
vivino, tamen admittit dispensationes quia sedem
alio et radicaliter est de jure ecclesiastico
Tres sunt causas propt. quas datur distributio usque

152
absentibus 1^o. et propter infirmitates 2^o. de iuribus et rationabilibus corporis necessitatibus 3^o. propt. in absentibus in utilitate. propria Ecclesie.

Distributiones quotidianae sunt ea portio proventus beneficii, quae confertur hijs, qui divini officij intersunt et iuxta sui beneficii conditiones et qualitates inserviunt.

Distributiones quotidianae aliae sunt ordinariae aliae extraordinariae; aliae propriae; aliae impropriae; aliae a fructibus seu massa separate; aliae fructibus immixtae; aliae consistunt in pecunia; aliae in fructibus et vino, oleo. Distributiones autem introductae sunt iure Ecclesiastico. Portiones funerales quae vocantur anniversariae sunt improprie distributiones.

Interdictum est censura Ecclesiastica prohibens usum aliquarum rerum sacrarum quatenus talis est.

Aliud est locale quod solum locum respicit; aliud personale, quod solum personas respicit; aliud mixtum, quod utrumque respicit. Tam interdictum locale, quod personale est duplex unum generale et aliud speciale.

~~Effectus~~
Effectus Interdicti sunt isti 1. et privatio aliquo-
rum sacramentorum. 2. et privatio divinatorum offi-
ciorum. 3. et privatio sepulturae Ecclesiasticae.

In his tribus casibus videtur interdictum a Clericis
1.º. Vis Clericis interdictis exercet functiones or-
dinis. 2.º. Vis non interdictis, sed in loco interdicto
confert sacramenta. 3.º. Vis nec ipse, nec locus est
interdictus, sed confert sacramenta interdicto.

Haec sunt poena contra violatores Interdicti si est
laicus comittit peccatum mortale; si est Clericus
in duobus primis casibus supradictis per pecca-
tum mortale incurrit irregularitatem, non autem
in 3.º. casu supradicto, quia non invenit in jure
Istem lata est excommunicatio contra cogentes
aliquos ad divina officia in loco interdicto, et
contra impedientes ne recedat a locis interdictis
praesertim excommunicatos, qui quidem excommuni-
catis officio tantum Dominos temporales, non autem
personas particulares, qui quidem interdiciuntur
ab ingressu Ecclesiae donec satisfecerint.

Cessatio a divinis est poena Ecclesiastica consistens
in omissione divinatorum officiorum, et quorundam
sacramentorum administrationis.

Effectus Cessationis sunt tres 1. et ommissio divino-
rum officiorum 2. et privatio sacramentorum deb

154
ordo et extrema unctio. 3. est privatio sepulture
Ecclesiastica laicorum.

quatuor conditiones requiruntur in ferenda cessatio-
nem 1. est ut Capitulo indicente Cessationes conve-
niant omnes Canonici 2. ut delictum propter quod
fertur Cessatio sit publicum et notorium 3. est ut
demonstrat. huius de cuius culpa ferenda est Cessatio
ut exponat. 4. est ut ferens Cessationes et ille
contra quod fertur exponat coram Summo Pontifice
nisi intra mensem se exponat.

Depositio est pena Ecclesiastica qua vir Ecclesiasticus
privatur omni officio et beneficio Ecclesiastico in
perpetuum absque spe restitutionis, et tenet tam
privilegio clericali.

Privilegium clericale est duplex unum est Canonis
et est quod si quis per uerba Clericum excommunicatus
est a Canone; si quis suadente diabolo. Privile-
gium fori. ut ille qui habet hoc privilegium non
est subditus iudicii seculari sed Ecclesiastico; et
per depositionem non privatur. quibus hiis duobus pri-
vilegiis Canonis scilicet et fori.

Degradatio est pena Ecclesiastica qua vir Ecclesi-
asticus privatur omni officio et beneficio Ecclesiasti-
co et omni privilegio clericali imperpetuum sine
spe restitutionis.

Et ut duplex una actualis; et alia verbalis
idus differunt in hoc quod actualis vel realis ad-
dit supra verbales aliquas subnitales.

Irregularitas est impedimentum canonicum ordinis
susceptionis, nec non susceptorum executionis direc-
te impediens.

Ex defectu.

Ex defectu naturalium libertatis, lenitatis, etatis,
honestatis, formae corporis, animae, et sacramenti.

1^a irregularitas comprehendit omnes illegittimos, nisi i-
sint professi in aliqua Religione approbata: et
etiam depositi in Hospitali.

2^a irregularitas comprehendit omnia mancipia 2.
quia quae absque licentia sui Domini nequeunt
ordinari

3^a irregularitas comprehendit omnes Judices, et 3.
eius ministros, qui concurrunt ad mortem delin-
quentis; et etiam comprehendit omnes milites pug-
nantes in bello iusto aggressivo, non vero defensivo.

4^a irregularitas comprehendit omnes illos, qui 4.
non habent etatem competentem ad ordines
recipiendos

5^a irregularitas comprehendit omnes infames 5.
iuris vel facti, vel habentes officium infame
(Alberdugo) et usurarius post sententiam

6. 6^a irregularitas comprehendit coecos; non habentem
oculos dexteris; non habentem digitum indicem
et pulgarem; habentes tubercula in manibus;
non valentes itinerare sine baculo; habentes
horrores ad bibendum vinum; vultu giboso ha-
bentes defectus causantes magnas deformitates;
surdos; habentes infirmitates ad valentes ab
horrore vel scandalo aliquo ordine exorire;
hermafroditas si viget magis sexus femininus
vel equali modo; illos quibus desunt virilia
sua culpa non vero absque culpa cum sit necesse
se reportent sibi ipsorum virilitatis cineres; et
denique si quis se contraxit nisi sit de salu-
tate.

7. 7^a irregularitas comprehendit anergumenos, lo-
cos, lunaticos, neofitos, id est qui post usum rationis
baptizatos, et durat usque ad decimos annos,
et illiteratos.

8. 8^a irregularitas comprehendit bigamos.
Bigamia seu Bigamus est qui habuit duas vel
plures uxores. Bigamia est triplex 1^a est vera
hoc est quando quis duas uxores carnaliter cog-
novit. 2^a est interpretativa id est qui reve-
ra non cognovit duas uxores sed duxit vel cog-
novit una cognita ab aliis. 3^a est simili-
tudinaria, id est quando quis post verbum casti

calitatis solemnem matrimonium contrahit et il- 157.
lud consumavit. In quacumque ex his incurrit
irregularitas impleta copula, quae irregularita-
tis potest dispensare Summus Pontifex, quia
nisi de jure humano, non auctoritas Episcoporum ac-
cepta similitudinaria.

Defectus libertatis inducit irregularitates 1.
in conjugaliis. 2. in mancipiis 3. in obligatis
ad rationes reddendas nisi de debito securitatis
dent 4. in curialibus haec est qui Curiam Princi-
palis secularis inservit.

Irregularitas proveniens ex defectu natalium
tribus modis tolli potest 1. per legitimationem
a Summo Pontifice factam. 2. per professionem
3. per dispensationem, quae stricta interpretan-
da est. Et omnes hae 8. irregularitates
contrahuntur absque culpa sibi imputata, et
consequuntur sine peccato.

Infamia propter quod incurrit irregularitas
quatuor modis auferit. 1. per emendationem 2.
a Summo Pontifice si est infamia juris 3. per
dispensationem Episcopi in his casibus, in quibus
potest dispensare. 4. per Baptismum.

Ex delicto.

Ex delicto haeresis, sive baptismus, sive ordinis,

158 / 4
homicidij, et mutilationis membri.

1. 1^a irregularitas comprehendit omnes hereticos (non
pure mentales); Apostatos fide negatos fidem,
si crimen est occultum probabile est sententia nega-
tiva: si est publicum incurrit irregularitatem ratione
infamiae; defendentes hereticos, receptantes, et fa-
ventes illos; filios hereticorum, receptantes, fa-
ventes, et credentes; nepotes per lineas paternas per
lineas vero maternas in 2^o gradu; si filij nati sunt
ante heresim Patris, vel postquam Pater desinit he-
resim non est irregularis.

2. 2^a irregularitas comprehendit scienter hujus reci-
pientes baptismum, vel hujus baptizantes, si crimen
est publicum: excommunicatio excommunicatione majori,
suspensus ordine, et interdicitur personaliter excom-
municatus ad hunc ordinem majoris (non vero jurisdictionis, et

3. etiam si absque licentia sacerdotis administrant
sacramentum excommunicationis) tamen si illud
administrat tempore interdicti absque privile-
gio est irregularis; et etiam comprehendit clericum
non alij ordinibus majoribus ordinibus initiatum,
audiens confessionem, celebrans, et canens
epistolam vel Evangelium, solemniter.

4. 3^a irregularitas comprehendit occidentales vobis-
tanic et injuste non vero rite habentes annos

utrum vero homicidium occultum sufficiat ad incursum
irregularitatis sententia communis est affirmativa
quodlibet occultum sit.

4^a. irregularitas comprehendit mutilantes membra 4.
Mutilatio membri est abscissio alicujus membri
quodammodo a corpore separata; et sibi ad incur-
rendum hanc irregularitatem requirit. qd membrum sit
separatum a corpore.

Membrum dicitur illa pars corporis, que propriam ha-
bet officium distinctum ab aliis partibus.

Episcopus potest dispensare in omnibus irregulari-
tatibus provenientibus ex delicto occulto, dummo-
do non sit homicidium, nisi sit tale occultum, quod in
iudicio probari nequeat.

Effectus irregularitatis sunt hi. 1. inhabilitas
ad recipiendum tonsuram vel ordinem non vero inca-
puitas 2. est non posse exercere ordinem majorem spi-
ritualium ad evitandum scandalum, ne per manifestetur
aliquod peccatum non vero alius jurisdictionis li-
cet peccaret. 3. est inhabilitas ad beneficium, li-
cet non perdat beneficium ipso facto.

DE CONTRACTIBUS

Contractus est actus iustitiae commutativa utraque
partem colligantis.

109.
Ad contractus hoc requirunt. 1.º usus rationis 2.º li-
bera administratio bonorum 3.º p. a, iure impe-
dit. ut sine serui, filij, pubertate.

Contractus unus est onerosus, seu non gratuitus et est
per quod imponit. unus ut venditio, alius ut gratui-
tus seu lucrativus, et ut quo aliquid promittit. ut
que pretio vel mercede ut commodatus. Alius fit in
gratia recipientis ut mutuum. Alius in gratia tra-
dentis ut depositus. Alius in gratia utriusque ut
permutatio. Alius absolutus. Alius conditionalis
Alius nominatus. Alius innominatus, cuius species
sunt quatuor 1.º do ut des 2.º do ut facias 3.º facio
ut des 4.º facio ut facias. Alius est bonae fidei in
quo iudex ex equo et bono iudicat non ex rigore legis.
Alius stricti iuris in quo iudex iudicat ex rigore
legis.

Alii perficiuntur re ipsa. Alii scriptura. Alii
verbis. Alii dicitur contractus dicitur pactus nec
des, quod in sola conventionione consistit. Alii di-
citur contractus dicitur pactus ut sibi, qui maiorem
firmitatem dicit. Alii dicitur perpetuus. Alii
temporalis.

Contractus et quasi contractus in hoc differunt
contractus est actus eternus in se. Quos et obli-
gationem pariter. quasi contractus intelligit

intelligit tutela cura, qua fit ex alio officio
sed non conjugit ex vero contractu.

Dolus dicitur causa contractus, quando quis inducit
ad contrahendum et non contraherem, esse si dolus ad
id esset. Dolus incidit in contractum quando contractum
~~contractum~~ ad id contraxissent scilicet dolo, sed
non ita libenter

Dolus est actus legitimus, ex quo dissolvit
obligatio ipso iure.

Ludus est contractus inter collatores, quos unus
quisque se periculo exponit perdendi rem suam
de spe de quaerendi rem alterius ludo expostam.

Ludus est actus vitiosus si non debitis circumstantiis
fuit, quarum 1^a est ut ludens non stat. fraudibus
nisi sint iuxta consuetudinem ludi 2^a est ne alter
cogat alterum ad ludum per vim, minas, convitia
qui quidem non tenet ad restituendum luctum servata
aequalitate ludentium 3^a ut ludens possit disponere
de re, quae ludo exponit, quod intelligitur de
materia gravi.

Haec circumstantia sunt ludi illiciti 1^a est affectus
ad malum ratione iuris de ludo omittit servari.
2^a quando admittent facta et dicta ut blasphemias.
3^a quando sunt fraudes contra leges ludi 4^a quando
de alteri vi dolo, aut metu ad ludum pertrahitur.

102
5^a quando comititur irreverentia in Deum 6^a quando
timet notabile aliquod dampnum 7^a quando quis
ludet ut eo qui non potest pecuniis ludis exponere.
His videtur ludus esse illicitus ^{si} propter gravi-
tatem materiae.

His circumstantiis non faciunt ludus illicitus 1^o
est intentio lucrandi nisi aliunde vitietur. 2^o si
circumstantia personae modo absit scandalus 3^o est
si circumstantia loci sacri ^{nisi} vitietur ut scandalum vel
irreverentia in Deum vel Ecclesiam. 4^o si circumstantia
temporis precessit.

Societas est conventus duorum vel plurium conferentium
sua pecunia vel industria vel labores vel aliter
prelio similibus ad commune lucrum recipiendum. Divi-
ditur in societates animalium officiorum et factas.

Ad societates has requiruntur 1^o ut fundentur in negotia-
tione licita et honesta aliam non obligat 2^o ut sin-
guli aliquid conferant in commune 3^o ut servetur
aequalitas inter socios tam lucri quam dampni facti
proportione 4^o ut sortis seu pecunia quam socii
in commune contulerunt subjaceat periculo confe-
rentis taliter quod si percat absque culpa alteri-
us percat illi cuius est pecunia ponentis
5^o ut serventur pacta facta in societate.

Ad societates animalium haec conditiones requiruntur.

1. ut ut singuli aliquid conferat in societate no. 103.
2. animalia vel custodia vel custodia 2. ut
servet equalitatem tam in expensis quam in d. d. p.
nisi et lucro. 3. ut animalia stent periculo id
ferentis, nisi hoc periculum rejectum fuerit in al-
terius facta gravaminis dispensatione.

Hic contractus societatis et illicitus ubi du-
bus conditionibus scilicet quo quis tradat anima-
lia pastor ubi duabus conditionibus 1. ut
pastor illa pascat et custodiat 2. ut semper
servet. Idem numerus.

Societas officialis est conventio inter officiales et so-
cium quo socius exponit se periculo perdendi sortem
ut se adquirendi aliquid; officialis vero exponit
se periculo perdendi aliquam pecuniam ut se adquir-
endi sortem, a sociis exposita, quo quidem conventio
sola in Curia Romana esse recepta est.

Ad hanc societatem haec requirunt. 1. ut Romae it
officium supra quod fundat societatem 2. ut officialis
qui societatem celebrat non assumat socios supra va-
lens officij vel supra pecuniam 3. ut si officialis
moriat. nec alia ratione officium comitat ante
finitis societatis sociis superstiti restituat. non
solum lucrum sex mensium verum etiam pecuniam
quam socius tradidit officiali in societate. 4.

4^o ut si socius moriatur inter semetipsum officialis
adquirat pecunias acceptas a socio, nisi socius in-
tra 15. dies nominatim alius, cuius vita pericu-
lo stare velit pecunias apud officiales, et offi-
cialis solvat sex pro centenariis unoquoque
semestri quoad diu durat societas

Hae societas huiusmodi sunt. 1^o lapsu termini
2^o morte naturali socii non vero morte violenta
3^o morte illius in quem socius translatit pe-
riculum vitandi sortem 4^o morte ipsius officii;
tunc enim officium redit ad Principem
5^o venditione, seu translatione officii in al-
terum.

Hi casus accipiuntur 1^o si ita potestet Reipublicae
necessitas 2^o quando subest spes oblinendi id cuius
causa inita fuit societas 3^o si socii non sunt
pariter et convalescent 4^o dum socii arbitrio vi-
ri prudentis injurias, et damna inferunt.

Emptio est contractus, qui mutuo consensu per-
ficit. et utriusque scilicet emptoris et venditoris
obligat; emptoris quidem ad obligandum traden-
dum pretium pro merce, venditoris vero ad tra-
dendum mercem pro pretio

Hae emptio est ut pacto rebus vendendi requiritur
quatuor conditiones, ut sit valida et iurata

creatur usura 1^o est intentio emendi, et vendendi, ^{lib.}
cujus defectu talis contractus est usurarius, quia
non est contractus emptivus, et venditivus, sed mutui.
2^a est iustus pretium, quod ab illo quod stimatur
arbitrio prudentis viri habita ratione gravami-
ni, quod imponit. alteri contractentibus 3^o appu-
tus rei emptae pertineat ad emptorem. 4^o ut in tali
contractu adsit aliqua lesio.

Emptio ~~est~~ alio modo definit. Contractus pro-
ter pro merce

Venditio est contractus mercis pro pretio
Primus emptor preferendus est quando res non fuit
tradita; si vero fuit tradita ille preferendus est
cui fuit tradita. Alii casibus acceptis 1^o quod-
do res absque traditione transfertur. Dominus et
quidam quando res vendita fuit Ecclesie, Mones-
terio vel Hospitali. 2^o quando priori emptori
fuit vendita, ei que fuit in securitate contrae-
tus hypothecatus. 3^o quando fuit tradita alicui
qui sciebat rem illam in fraudem creditorum alie-
nari.

Alia regula; qui prior est tempore posterior est ju-
re locus habet, id est in creditoribus realibus
habentibus hypothecam in eadem rem; tunc habentibus
aliquod jus prelationis; non vero credito-

166.
ribus personalibus, nisi adsit alius titulus
prelationis.

Hi autem gaudent privilegio prelationis
1.º hi qui moderatas fecerit expensas in fu-
nus debitoris. 2.º hi qui pecunias deposuerit
apud Nummularius publicus non accipiam inde
usuras. 3.º sponsa de futuro, quo tradidit do-
tum viro, sed postea non fuit celebratus matri-
monium; sponsa de presenti etiam preferat. tamen
hoc privilegium non transit ad heredes ipsius
4.º pupillus, cui aliquid debet. a tutore non
tamen eius successore. 5.º hi qui solvit cre-
ditori habent privilegium prelationis.

Prethium est pecunia, quo datur pro valore ali-
cujus rei.

Prethium unum est legitimum, quod a lege seu Prin-
cipe taxatum est; aliud est naturale, seu vul-
gare, quod hominum similitudine constituit; quod
quidem prethium suscipit magis et magis. Hoc
prethium unum est medium; aliud infimum, et aliud
supremum seu rigorosum.

Prethium conventionale est illud quod parte sine
vi et fraude conveniunt.

Prethium substitutionis est illud quo venditor
sub hosta, quod potest esse magis et minus.

et hoc quotidie experientia docet.

Pretium a lingua est illud, quod datur propter intercessionem advocatorum &c.

Pretium ab obsequio est illud, quod datur propter servitutem, et societatem.

Pretium a pecunia est illud, quod datur pro pecunia vel in re vel in equivalente.

In his casibus licitum est res plures vendere, quam alioquin venderent, et minori emere, quam emerent. 1. multitudo emptorum, et copia pecuniarum 2. affectus ad res, quae venduntur. 3. luctus emptori venditori dummodo illas rem conservaret usque tempore aliquo deducto pro expensis et periculo in illas conservandas 4. dampnum emergens quod patitur venditor vendendo credita pecunia. 5. periculum amittendi totum pretium, vel ejus partem, vel recuperandi cum expensis, et molestiis 6. modus vendendi minucationem, sibi carius vendit quam in magna quantitate. 7. vendere sub hostia, quod iustum pretium est, quod ultra fraudem extorqueri potest.

Evictio est abductio vel amissio iudiciali rei emptorae, vel iusta causa recepta per sententiam iudicis.

In his casibus venditor non tenetur de evictione

1.º quando emptor no denunciavit venditori litteras
 motas esse ut eas defenderet 2.º quando emptor
 sciens emit rem alienam. 3.º quando emptor si-
 tatus contumaciter absuit. 4.º quando vendito-
 re absente emptor ^{non} appellavit a sententia
 iudicij 5.º quando sententia fuit injusta et la-
 ta per injurias contra emptores 6.º quando res
 videtur eripit. ab emptore ante iudicium 7.º qu-
 do emptor volentarie id promisit et concessit li-
 tem per arbitrium definiiri 8.º quando emptor
 potuit usufructu et non usufruxit 9.º quando
 aliquid casuale contingit.

Hypoteca est contractus, quo res immobilij credi-
 tori tradit. ad securitatem crediti. Et per hoc difert
 a Signa, quia Hypoteca est de re immobili et ma-
 net in potestate debitoris, Signa vero de re mo-
 bili et transit ad Creditorem et res debet esse
 libera

Hypoteca una est expressa, quod contractentes in
 pactis deducunt. Et alia tacita, quae inducit
 a lege, qualis reperit. in dote et iure de bo-
 nis mariti prius restituendus est dot quam
 alia debita, nisi avxor no renuntiaverit
 privilegium et beneficium Hypotecae, seu al-
 quod debitor sit privilegiatus. Ut patet in
 his

Ut patet in his casibus 1.º quando quis mutuavit pecuniam ad reparandam rem hypothecata 2.º quando quis mutuavit pecuniam ad rem emendam 3.º quando quis mutuavit pro vetera mercibus sub iectarum hypotheca 4.º in hypotheca dotali 5.º quando quis rem dubiam obligatam emit, a debitore si ea pretio satisfactus primo creditori, emptor enim ei successit in iure 6.º quando eadem res fuit obligata dubium priori quidem scriptura privata, posteriori vero scriptura publica.

Signum est contractus, quo res mobilis et libera transit in creditorem ad securitatem debiti.

Monopolium est unius seu unius rei venditio.

In his casibus fit Monopolium 1.º quando mercatores conveniunt inter se de merce vendenda vel emenda tanto pretio ab ipsis constituto 2.º quando unus, duo, vel plures emunt omnes mercem ipsi que soli eam vendunt eo pretio, quo voluerint sibi que inducunt notabilem choristiam 3.º quando aliqui impediunt ne alia merce advehant, ut ipsi carius res suas vendant cum dampno Reipublice, hoc intelligit, si impediunt vi, dolo, et fraude, non vero blanditijs, precibus, et persuasionibus 4.º quando Princeps alicui concedit privilegium, quo solus certum genus mercium vendat.

170.
Commodatus est quando concedit. usum alicuius rei ad
tempus sine translatione domini et obligatione
reddendi ipsam.

Ad commodatum haec requiruntur. 1.º mutuum consensu
2.º ut tradat gratia commodataris. 3.º ut domi-
nium commodati perseveret apud comodantem.

Affecuratio est contractus, quo quis de pretio vel
alio interesse vel gratia suscipit in se periculum
remittendi res alienas obligando se ad illius compensa-
tionem si perierit. Hic contractus reducit. ad
contractus innominatos s. p. de re facia, vel fauore
dei; vel reducit. ad contractus emptionis et des-
tinationis.

Ad contractus Affecurationis haec conditiones re-
quiruntur. 1.º ut sit aequalitas inter pretium
datum affecuranti, et obligationem quam in se in-
cipit 2.º ut qui petit affecurationem non cogat
alterum ad contractum affecurationis secum
incurrendum; alioquin imponeret. obligatio, ad quam
affecurator non tenet. et sibi esset usurarius 3.º
ut ut affecurator ab eo, qui petit affecuratio-
nem admoncat. de veris periculis quibus sub-
iacet res affecuranda. 4.º ut res de qua contrac-
tus affecurationis init. existat, quare si affe-
cuet. plus mercium, quam se ipsa navi sit in

impositus, assicuratio non sit valida. 5^a et 6^a et 7^a assicuranda sit periculo exposita, aliam si-
curator scit ante contractum rem v. g. perve-
nisse, vel non pervenisse ad portum, et perisse vel
non perisse nihil potest accipere, et invalida est
assuratio.

Mutuum est traditio pecuniae vel alterius rei
in translatione dominij ad tempus restituendi
inequivaleanti.

Mutuum tunc est, aliud tacitum, seu implicitum qd
palliatum appellatur. ut quando quis alteri ven-
dit domum majori pretio concessa dilatione ad
solvendum.

Sicet ex contractu mutui conjungat obligatio
restituendi, aliquis tamen excusat. 1^o Pulchri-
lony puer vel opidus 2^o minor, cuius nomine tu-
tor vel curator mutuum accipit 3^o filius fami-
liae, qui non habet bona castrensia, et non est sui
juris et hoc privilegium vocatur Macedonianum.

Accipiunt. hi casus 4, quando filius familiae
accipit pecuniam mutuo ad ea, quae erant, a, Pa-
tre subpeditanda v. g. ad emendos libros lb. 2, qua-
do accipit mutuum de consensu Patris. 3, qua-
do pecunia mutuo accepta conversa est in utili-
tatem Patris 4, quando filius familiae juravit

172
se solvitur, potest tamen obtinere relaxationem
juramenti cui factus sit in fraudem privilegij
Macedonij; quod quidem privilegium non potest
renunciari, a filijs familias, vel concessum sit
in favorem Parentis.

Promissio est datus fidei deliberata vera et sp.
tancia de re licita et possibili

In his casibus peccat promittens non adimplem
promissione 1.º si promittat animo se obligandi
2.º si promittat re licita et possibile 3.º si pro-
mittat rem notabilem. 4.º si res in eodem statu
permanerit

De promissione facta absenti hoc requiritur. 1.º ut
huius cui fit promissio accipiat per litteras vel
per nuntios ad hoc a promittente destinatos
2.º ut promissio, quae per nuntios offertur, coram
ipso nuntio acceptet. 3.º ut promittens non revo-
caverit promissione antequam fuerit acceptata
Si tamen fuerit acceptata antequam revoca-
tio induerit nuntio aut ei qui eam accep-
tauit valida est promissio, etiam si fuerit revo-
cata ante acceptationem.

Usura est lucrum alicujus rei pecunia simi-
lari ratione mutui proveniens

Usura ana est realis seu externa, et id quod

interuenis pactus reddendi aliquid supra^{173.}
tam. Alia est mentalis et interna ut quando
mutuans intendit mutuum lucrum ex mutuo
quodvis nullus pactus exteriori intercedat. Alia
est expressa; et alia implicita seu virtualis.
Ut mutuator licite possit aliquid accipere pro
sortem ratione dampni emergentis haec tres condi-
tiones requiritur. 1^a. ut et in tempore contractus
hoc deducat in pactis 2^a. ut non deducat in pactis
aliquid supra dampnum accipere. 3^a. ut dāp-
num reuera sequatur precise ratione mutui.

Ut mutuator licite possit aliquid supra sortem
accipere ratione lucri cessantis haec tres conditio-
nes requiritur. 1^a. ut et lucrum cesset ob mutuum
2^a. ut lucrum non statim exeat. 3^a. ut non tunc
exeat. ratione lucri cessantis quatenus se ipsum
ualet, sed etiam illius spes decontractis expensis.

Ut mutuator possit aliquid exigere ratione
amittendi capitale, vel ad illud recuperandum
cum magnis expensis haec conditiones requiritur.
1^a. ut et mutuator non plus exigat quam vulgo
huiusmodi praestitum. 2^a. ut illud periculum
sit verum. 3^a. ut mutuator non expectet mutua-
tarius ad se ipsum eligendum, sed mutuataris liber-
tatem relinquat ad hoc eligendum.

14
Ut mutuator possit accipere penas impositas debi-
tori ratione morae, haec conditiones requirunt.
1^o ut non opponat contra voluntatem mutua-
tarii ad palliandas usuras 2^o ut mutuatorius
vere sit in mora culpabili solvendi, nec
si est ob impotentiam modo non factus, ut impo-
tentis ob suas usuras 3^o ut pena sit moderata
et respondeat culpa, quae quidem pena solvenda
est ante sententiam iudicis, quia haec est vo-
luntas contrahentium.

Ad res penas impositas contra publicos veno-
torios usurarios 1^o ut non admittant ad
Eucharistiam donec satisfecerint 2^o ut privent
sepultura ecclesiastica, imo contra ecclesiasticos
sepelientes lata et excommunicati 3^o ut testa-
mento, codicillo vel qualibet ultima volunta-
te usurarii manifesti nullus intersit, nisi
prestita satisfactione irritus esse, nisi ante
mortem restituerint 4^o ut non admittant ad
Confessionem sacramentalem, quin prius satis-
fecerint, vel cautionem dederint coram aliquo,
nisi in periculo mortis, quod sufficit sola
cautio. 5^o ut sit infamiae, quae tollit porri-
ta poenitentia, et facta restitutione 6^o ut
non admittant ad Relationes, possessionem

175.
papa ab illis clericis accipi, modo non fiant
impedientes ad restituendum. Et ponit excommunicatio-
nis contra istos impedientes, cogitantes, et imped-
lentes ad recipiendum, vel restituendum pecuniam
acceptam ab usurariis, vel iurisdictionibus, iudicibus,
Procuratoribus, Honorariis.

Simonia est contractus rei sacre vel spiritualis ad-
nexus pro re pecunia animabili. Precium, quod pro
re spirituali tradi solet, ex quo consistit simonia
est triplex scilicet pretium a manu; a lingua; et
absque, quod intelligit de aliquo temporali.
ad hoc autem re vocat. Alia pretia, quid sint ista
pretia dictum est supra fol. 166.

Simonia una est mentalis, que non intelligit
que sola mente consistit, absque alio actu externo;
ut hoc sit solus actus internus; sed intelligitur
ut aliquo actu externo. Alia est conventionalis
que consistit in pacto expresse vel tacite dandi.
Alia est realis, que res temporales de facto tra-
dit pro re spirituali. Alia est ficta, que quis
intendit tradere, sed non accipere; vel contra, sed
ut intentione decipiendi, isti autem in foro inter-
no non sunt simoniaci, neque re tales habentur,
bene vero in foro carnali.

Simonia prohibita est iure divino naturaliter
humana.

144.
Hæc simonia prohibentur. jure humano 1^o. permuta-
tione beneficii vel alio aliqua auctoritate Super-
viorij 2^o. resignatio beneficii propria auctorita-
te facta vel reservatione pensionij 3^o. venditio
beneficii habita ratione fructuum ac emolument-
torum temporalium. 4^o. acceptio obsequij res ra-
tione examinis 5^o. venditio officiorum Ecclesiasti-
corum vel spiritualium. 6^o. venditio officij dispensa-
torij procuratorij Leonini. 7^o. venditio officij
defensorij seu Syndici. 8^o. venditio officij Judicij.
9^o. venditio officij mansionarij qui curas habet
distribueri Clericis vel Canonis. 10^o. venditio
officij primicerij, cujus officium est clericos in-
ducere vel dirigere; non autem in venditione bo-
norum Ecclesiasticorum sed mobilium, quod immobilium.
In simonia non dat parvitas materis.

Res sacra, spiritalis vel supernaturalis potest vendi
tripliciter 1^o. in concreto ut si vendat. Sacerdos in-
tente sacerdotij. 2^o. in abstracto ut si quis me-
rito conferat alteri sacrum ordinem characterem
aut gratias sacramentales. 3^o. quo ad aliam
ut si vendat absolutio sacramentalis. 4^o. si
vendat aliquid quod habet connectionem cum
aliquo spiritali ut si vendat. Christum ratio-
ne unionis hypostaticæ, vel ratione beatitudi-

17.
Beneficiorum bene vero ratione materia; nisi
si prohibita sit ratione alicujus juris cano-
nici & sepultura christiana, balsamus, agnus
dei in rebus dignitatibus.

Simonia in beneficiis non inducit privationem
beneficiorum antea rite obtentorum. Hic tribus
casibus accipitur 1. in simonia confidentiali. 2.
in simonia comissa in electione Papa. 3. in
simonia comissa ab Examinatoribus Beneficio-
rum ratione examinis.

Simonia confidentialis est contractus (in materia
beneficiorum) dare vel accipere beneficium vel confi-
dentia ~~vel~~ remunerandi ipsi Patrono vel illi
cui voluerit Patronus beneficium. Ad collationem hanc
simonia requiritur actualis datus ex parte Patroni
vel acceptio ex parte Clerici accipientis beneficium
pacto remunerandi beneficium modo dicto.

Ecclesia in duobus casibus obligat pretium simoniae
vel acceptum restituere. 1. quando pretium est acceptum
pro collatione beneficium vel alia ratione ordina-
ta ad provisionem beneficium. 2. quando pretium est ac-
ceptum pro collatione ordinis. Pontifex autem potest
dispensare vel dispensationem facere quando solo
jure Ecclesiastico favenda est restitutio. Sic
spiritualis simoniae accepta ne jure divino, nec

178.
naturali, nec jure humano est obnoxia restitutioni ante sententiam Judicij. Accepti beneficii simulacrum accepti una cum fructibus percipit et sibi illi.

Lata est excommunicatio contra recipientes, dantes, promittentes, facientes, cooperantes, dantes consilium, auxiliis illi pro gratia vel justitia in Curia Romana obtinenda. Ad hanc excommunicationem excommunicantur. 1^o qui dant ob mera liberalitate tam antea quam postea obtenta. 2^o qui dant ad redimendas injustas vexationes. 3^o qui dant vel accipiunt pecunia vel portiones. 4^o qui dant vel accipiunt totum stipendium laborum Advocatorum, notarij illi. 5^o qui dant vel accipiunt ob majores industriae illi.

Praeter hanc excommunicationem imponuntur alia poena. 1^a est gratia sibi obtenta est irrita. 2^a qui aliquid accipit hoc nomine absolvi nequit, nisi restituat pauperibus id quod accipit. 3^a privatio beneficii Ecclesiastici, et omnium officij, etiam secularij, ne tamen ante sententiam criminis declaratoria. 4^a adit perpetua infamia nota. 5^a inhabilitas ad omnia beneficia officialia illi.

Cambium est permutatio pecuniae pro pecunia

Cambius aliud est verus et reale, quo una pecunia revera in alia commutat. Aliud est siccus, et est quodam Cambios tradit pecunias Caesaris solvendas in eodem loco, in quo eas tradit confectis litteris ad locum distantem, ad quod reverandus mittit. Et haec Cambius est usurarius, et ex eo dicitur siccus, quia caret iusto titulo accipiendi lucris.

Cambius reale aliud est minus, quo minus permutat, vel majoribus vel contra. Aliud est locale, seu per litteras, et est quodam hic Majorica. B. G. accipit pecunia Roma solvenda, et dicitur per litteras, quia mitti solent litterae ad locum ubi pecunia accipienda vel solvenda est.

Cambius reale minus non est illicitus, nec usurarius, sed de multis causis potest exigi sapienter. 1. ut ratione officij cambiandi. 2. ratione lucri cessantis. 3. labor numerandi. 4. propter facilitatem seu commoditatem unius monetae. 5. ob antiquitatem talis monetae.

Ad Cambium reale haec conditiones requiruntur. 1. ut per Cambios litteras scribat, quo mittit, ne reddantur inanes. 2. ne pactus fiat de certo intercessu vel lucro solvendo, a Cambios si non solvat tempore prefixo. 3. ne Cambios protrahat terminum solutionis ob pactum accipiendi lucris. 4. ne detur ad

fuerint cambium nisi pro mundicia proximam
 iuxta consuetudinem et usum locorum 5^a. ne terminus
 ad solvendum longiores habeat, quam exigat di-
 stantia locorum. in his conditionibus licet est
 hoc cambium

Locatio est contractus quo persona vel aliqua
 res ad usum vel fructus pretio conceditur.
 In his casibus licet locatori rem locatam repetere
 et conductorem expellere 1^o quando conductor per
 contractum biennium distulit solvendi pensionem
 2^o quando conductor abijt. re conducta alio fine
 3^o quando locatori supervenit casus inopinatus
 et cogat in ipso domo habitare. 4^o quando do-
 mus indiget reparatione, quam indigebat tem-
 pore locationis, et conductor expulsi non
 tenet solvere pensionem correspondentem tempo-
 re futuro.

Locatio finit. his duobus modis 1^o lapsu
 termini constituti. 2^o mutuo contractantis
 consensu.

Conductio est contractus quo persona vel res
 aliqua ad usum vel fructus pretio operatur.
 Haec sunt obligationes, quae incumbunt conductori
 1^a est ut non possit absque iusta causa rem
 ductam dimittere ante expletum tempus 2^a est ut

et non valeat re conduda nisi ad eum finem ad quem con-
duxit. 3^a. ut transacto tempore locationis rem
eodem numero restituat, nisi aliter sit conventum
vel absque illius culpa perierit. 4^a. ut servat
personas tempore praefinito.

Fidejussio est contractus, quo quis in se suscipit
obligationem alterius, promittens sub fide sua
illius adimplentionem, sequere obligans in defectum
illius.

quavis mulier possit fidejussorem propt. aliq.
privilegium rescindere. Accipiuntur hic casus 4, est
1^o si fidejubeat accepto pretio vel addito juramento
2^o si cessit privilegio sibi concesso per renun-
tiationem factam coram Magistrata vel iudice juramen-
to 3^o si fidejubeat pro dote alterius. 4^o si fide-
jubeat pro suo creditore. 5^o si pro libertate ser-
vi. 6^o si fidejussit in fraudem 7^o si deciperet. 8^o
si fidejussit, et postea clauso anno pignus dedit
aut obligationem iterum suscepit.

Depositum est quando tradit. aliquid alteri custodiri.
Sed alioque usu sive cum pretio sive sine pretio.

Depositum est duplex una iudiciale quod fit in his
casibus 1^o quando debitor pecuniam deponit, quod
debitor tenetur acceptare. 2^o si rem perditam
donec finiat. Aliud est privatum, et est quando res

182
quando res aliqua deponit. Aliqui homines
de custodia confidunt ipsi hominibus.
Hic depositus haec conditiones requirit. 1^a est
conventus tradentis et accipientis 2^a receptio
dat. 3^a et quod res sit, restituat eadem
4^a et restituat in loco in quo depositus
positarius. 5^a et si depositus periret deponens
si periret. 6^a nec dominus nec usus transferret
in depositarius.

In his casibus potest depositarius uti de
posita 1^o quando credit hoc domino non si placet
ut. 2^o quando dominus concedit depositario
usus tacite vel expresse. 3^o quando res depositi
ta non est usu consuetudine, nec illi interdicitur
et usus.

Preterea est contractus, quo quis concedit aliquid
alteri ut potestatem illud repetendi quod si pro
lucri.

Hic precarius haec tres conditiones requirit.
1^a est mutuum concessus tradentis et accipientis
2^a traditio rei. 3^a et qui tradit precarius
possit illud repetere quod si pro lucri, nisi illi
vita aliter potest.

Precarius tribus modis finire potest 1^o voluntate
concedentis. 2^o venditione facta a domino. 3^o

de morte illius qui precarius accepit quia est per-
sonale; et no finit. morte tradentis donec ab herede
vibus petat.

Census est ius percipiendi quolibet anno pensionem
ex re frugifera vel persona alterius

Census alius est resignativus et est idcirco quo
quis transfert rem suam in alterum quo ad rem
nunc directe vel utile reservata sibi annua pen-
sione. Alius est consignativus et est contra alium quo
quis alteri vendit ius percipiendi quolibet anno
annua pensione super rebus suis aut sub ipsius
persona.

Alius est realis qui fundat in re. Alius personalis
qui fundat in persona. Alius mixtus qui fundat in
re et persona. Alius est fructuarius, quo quis obli-
gat ad solvendas certo fructus. Alius precuarius quo
quis se obligat ad solvendas certo pecunias. Alius
perpetuus seu irredemibilis. Alius temporalis. Alius
virtualis. Alius vitalitius id est durante vita. Et alius
absque vitalitius id est ad certum tempus.

Sex conditiones requiruntur ad census 1. ut sit in
rebus vendendis et emendis 2. ut sit iustus pretius
3. ut sit iustus census super aliquibus rebus liberis fa-
cultate habeat. 4. ut census fundet in re frugifera
5. ut si reus censita percat absque culpa cen-

18A
Censuarij cesset censu ad rata 6^a. ut si aliquis
onus imponat. venditori ad quod non tenet. debi-
ta mercede id penset.

De censu realibus haec conditiones requirunt. in locis
in quibus Bulla Pij 5. recepta est 1^a. ut censu non
catalicatur nisi supra re immobili vel frugifera
2^a. ut abstrahatur non cedat. nisi numerata pec-
unia coram testibus et Notario 3^a. ne deducatur
partes ac ut pensioe anticipata solvantur. 4^a.
ne venditor censu obliget. ad casus fortuitos 5^a.
ut non fiat partes restringens libertates censuarum
6^a. ut Dominus rei censita volens eas vendere
admoneat censualistas, nisi ipse velit eas emere
eod. pretio, unde alij proferat 7^a. ne fiat partes
quo censuarum existens in mora tenent. ad interesse
8^a. ne censu antea constitutus augetur. et pen-
sionibus annualibus debitis et non solutis partem
semper liberus sit censuarum redimere censu
velit 10^a. ut censuarum non cogat. ad redimendum
censu 11^a. ut pretius censu non augetur vel minu-
atur ex aliqua circumstantia superveniente,
sive illi.

Testamentum est iure nostro voluntaria sententia
qua testator relinquitur et quid fieri volu-
mus de nostris bonis vel institutione hereditatis

184
Testamentum aliud est clausum, et est quod testator
vult illud, de quo testatur latere usque ad mortem
vel usque voluerit. Aliud est nuncupativum et
est quando testator vult illud, de quo testatur post
illius mortem valere, solum coram testibus sine scrip-
tura et facilius probet intentio testatoris. Aliud
militare, ad quod sufficiunt duo testes rogati, sub-
sistitque hoc testamentum per annum post iuramentum
suum sepe discessus ab exercitu, elapso vero anno
non subsistit quia tempus habuit faciendi testa-
mentum. Ad testamentum factum in ipso met con-
flictu et ipse miles proprio sanguine scribat
sua voluntate in qualibet re.

Ad testamentum haec conditiones requiruntur. 1^o est
ut instituat scribae haeres capax testamenti. 2^o ut
instituat haeres, qui de iure instituendus est nisi
facta sit mentio exheredationis causa et solum
imitat quo ad institutionem haereditatis, non vero quo
ad alia. 3^o ut ut testator habeat liberam bo-
norum administrationem nec a iure prohibeatur.
4^o ut adsit scribae numerus testium, qui has qua-
litates in hoc armine contentas habeat.

Etiam conditio scribae discretis fama.

Et fortunae fidei in testibus ista requiratur.

Etiam in testa requisita est 14. annos. Acceptis tribus

180
casibus 1º testamentis militum. 2º inter liberos. 3º
ad causas pias in his tribus casibus sufficienter
testis sit pubertati proximus. Condicio excludit
servos a ferendo testimonio in testamentis. Sexus
innuit feminas ad testificandum in testamentis non
admitti. Dignitas designat usum rationis & sani-
tatis mentis in teste. Fama infamatus a veris
testimonio in testamentis. Fortuna excludit pau-
peres & periculum subornationis. Fides ponit
1º ad expellendum infideles a testimonio contra fi-
Quibus peractis; dum similium propositionum examini cura, & studium impenditur, interea idem Sanctissimus, re maturè considerata, statuit, & decrevit prædictas propositiones, & vnamquamq; ipsarum, vt minimum tanquam scandalosas esse damandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet; ita vt quicumque illas, aut coniunctim, aut divisim docuerit, defende- rit, ediderit, aut de ijs etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsã impugnando, ipso facto incidat in excom-

municationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tēpore existente Romano Pōtifice absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctę obedientię, & sub interminatione divini iudicij prohibet, omnibus Christi Fidelibus, cuiuscumq; conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, ac specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

IOAN. LVPVS, S R. & vniversalis
Inquisitionis Notarius, &c.

*Anno à Nativitate D. N. Iesu-Christi 1665.
indictione 3. die uerò 2. mensis Octobris, Pō-
tificatus autem Sanctissimi in Christo Pa-
tris D. N. D. Alexandri, divina providentia
Papæ VII. anno vndecimo, supradictum de-
cretum affixum, & publicatum fuit ad val-
vas Basilicę Principis Apostolorum, Cancel-
laria Apostolica, ac in acie campi Florę, ac
in alijs locis solitis, & consuetis Urbis, per
me Carolum Melanum, eiusdem Sanctissimi
D. N. Papæ, & Sanctissimę Inquisitionis
Cursorem,*

*Alterum decretum SS. D. N. Alexandri VII.
Fer. 5. die 18. Martij 1666. In Congrega-
tione*

9
tione generali S^{an}ctæ Romanę, & vniversalis
Inquisitionis, habita in Palatio Ap^{osto}lico
Montis Quirinalis coram SS. D. N. Alexan-
dro divina providentia Papa VII. ac Emi-
nentissimis, & Reverendissimis Dominis
S. R. E. Cardinalibus in tota Republica
Christiana aduersus hereticam pravitatem
generalibus Inquisitoribus à sancta Sede
Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. post latum decretum
die 22. Septembris proximè elapsi, quo
viginti octo propositiones damnatæ fuerūt,
examinatis sedulò, & accuratè vsq; ad hęc
diem infra scriptis alijs quadragesimum-
quintum numerum implētibus, per plures
in sacra Theologia Magistros, ac per Emi-
nentissimos, & Reverendissimos Dominos
Cardinales aduersus hæreticam pravitatē
generales Inquisitores, eorū suffragia sin-
gillatim super vnaquaq; ipsarum audivit.

29 In die ieiunij, qui sæpius modicum
quid comedit, etsi notabilem quantitatem
in fine comederit, non frangit ieiunium.

30 Omnes Officiales, qui in Republica
corporaliter laborant, sunt excusati ab
obligatione ieiunij, nec debent se certifi-
care, an labor sit compatibilis cū ieiunio.

31 Excusantur absolutè à præcepto ieiu-
nij omnes illi, qui iter agunt equitando,

AS

utcuq;

utcumq; iter agunt, etiamsi iter necessariū non fit, & etiamsi iter vnius diei conficiāt.

32 Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticia in Quadragesima, obliget.

33 Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascūque eleemosynas, quas antea beneficiarius de fructibus sui beneficij fecerit.

34 In die palmarum recitans officium Paschale, satisfacit precepto.

35 Vnico officio potest quis satisfacere duplici precepto, pro die presentis, & crastino.

36 Regulares possunt in foro consciētię vti privilegijs suis, quę sunt expressē revocata per Concilium Tridentinum.

37 Indulgentię concessę Regularibus, & revocateę a Paulo V. hodie sunt revalidateę.

38 Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimū, est consilium, non preceptum.

39 Illa particula, *Quam primū*, intelligitur cum Sacerdos suo tempore confitetur.

40 Est probabilis opinio, quę dicit, esse tantum veniale osculum habitum ob
de

delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulterioris, & pollutionis.

41 Non est obligandus concubinaris ad eijciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarij, vulgo *Regalo*, dum deficiente illo, nimis egrè ageret vitam & aliæ epulæ tédio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficilè inveniatur.

42 Licitum est mutuanti, aliquid ultra sortem exigere, si se obligat ad non rependam sortem usque ad certum tempus.

43 Annuum legatum pro anima relictum non durat plusquam per decem annos.

44 Quoad forum conscientie reo correcto eiusq; cõtumacia cessante, cessant censure.

45 Libri prohibiti donec expurgentur, possunt retineri usque dum adhibita diligentia corrigantur.

Quibus maturè pensatis idem Sanctissimus statuit, ac decrevit, prædictas propositiones, & vnamquamq; ipsarum, vt minimum tanquam scandalosas esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, & prohibet; ita vt quicumq; illas, aut coniunctim, aut diuisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de ijs, etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsan impug-

nando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiã dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctę obedientię, & sub interminatione divini iudicij prohibet omnibus Christi Fidelibus cuiuscumq; conditionis, dignitatis, ac status, etiam specialis, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

IOAN. LVPVS, Sanctę R. & vniuersalis
Inquisitionis Notarius, &c.

Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi
1666. Indictione 4. die verò 23. mensis Martij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris D. N. D. Alexandri divina providentia Papę VII. anno vndecimo supradictum decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicę Principis Apostolorum, Cancellarię Apostolicę, ac in acie campi Florę, ac in alijs locis solitis, & consuetis Urbis, per me Carolum Melanum, eiusdem Sanctissimi D. N. Papę, & Sanctę Inquisitionis Cursorem,

FER. V. DIE II. MARTII M. DC. LXXIX.

*IN GENERALI CONGREGATIONE
S. Romanae, & vniuersalis Inquisitionis, ha-
bita in Palatio Apostolico Vaticano, coram
SS. D. N. Innocentio Diuina providentia
Papa XI. ac Eminentissimis, & Reveren-
dissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in
rota Republica Christiana contra here-
ticam prauitatem, Generalibus In-
quisitoribus à Sancta Sede
Apostolica depu-
tatis*



ANTISSIMVS D. N. In-
nocentius Papa XI. prædi-
ctus, ovium sibi à Deo tra-
ditarum saluti sedulo in-
cumbens, & salubre opus
in segregandis noxijs do-
ctrinarum pascuis ab innoxijs, à foelic. re-
cordation. Alexandro VII. prædecessore
suo inchoatum, profequi volens, plurimas
propositiones partim ex diversis, vel li-
bris, vel Thesis, seu scriptis excerptas, &
partim noviter adinventas, Theologorum
plurium examini, & deinde Eminentissi-
mis, & Reverendissimis Dominis Cardi-
nalibus

nalibus contrahæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus subiecit. Quibus propositionibus sedulo, & accurate sæpius discussis, eorundem Eminentissimorum Cardinalium, & Theologorum votis per Sanctitatem suam auditis. Idem SS. D. N. re postea mature considerata, statuit, & decrevit pro nunc, sequentes propositiones, & vnamquamque ipsarum, sicut iacent, ut minimum tanquam scandalosas, & in praxi perniciosas, esse damnandas, & prohibendas, sicuti eas damnat, & prohibet. Non intendens tamen Sanctitas sua per hoc decretum, alias propositiones in ipso non expressas, & Sanctitati suæ quomodolibet, & ex quacumque parte exhibitas, vel exhibendas vllatenus approbare.

1 Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabilitatium utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

2 Probabiliter existimo, Iudicē posse iudicare iuxta opinionē etiā minus probabilem.

3 Generatim dum probabilitate, sive in-

intrinseca, sive extrinseca, quātūvis tenui, modo à probabilitatis finib⁹ nō exeatur, cōfissi, aliquid agimus, sēper prudēter agim⁹.

4 Ab infidelitate excusabitur in fidelis non credens, ductus opinione minus probabili.

5 An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.

6 Probabile est, ne singulis quidem rigorose quinquēnijs per se obligare præceptum charitatis erga Deum.

7 Tunc solum obligat, quando tene-mur iustificari, & non habemus aliam viā, qua iustificari possumus.

8 Comedere, & bibere vsque ad facietatem, ob solam voluptatem, non est peccatum, modo non obsit valetudini, quia licitè potest appetitus naturalis suis actibus frui.

9 Opus coniugij ob solam voluptatem exercitum, omni penitūs caret culpa, ac defectu veniali.

10 Non tenemur proximūm diligere actu interno & formali.

11 Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.

12 Vix in sæcularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui. Et ita vix

aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantum ex superfluo statui.

13 Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicuius tristari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & desiderare; non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.

14 Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hereditas.

15 Licitum est filio gaudere de parricidio Parentis à se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutas.

16 Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundum se.

17 Satis est actum fidei semel in vita elicere.

18 Si à potestate publica quis interrogetur, fidem ingenue confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum consulo, tacere, ut peccaminosum per se non damno.

19 Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in se ipso sit magis firmus, quàm mereatur pondus rationum ad assensum impellentium.

Hinc

20 Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalem.

21 Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem, stat cum notitia solum probabili revelationis; imò cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus.

22 Non nisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medij, non autem explicita Remuneratoris.

23 Fides latè dicta ex testimonio creaturarum, similive motivo ad iustificationem sufficit.

24 Vocare Deum in testem mendacij levis, non est tanta irreverentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem.

25 Cum causa licitum est iurare sine animo iurandi, sive res sit levis, sive gravis.

26 Si quis, vel solus, vel coram alijs, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quocumque alio sine iuret, se non fecisse aliquid, quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam diem ab ea in qua fecit, vel quodvis aliud additū verum, re vera non mentitur, nec est periurus.

27 Causa iusta utendi his Amphibolo-

lo-

logijs est, quoties id necessarium, aut vtile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet aliū virtutis actum, ita vt veritatis occultatio censeatur tunc expediens, & studiosa.

28 Qui mediante commendatione, vel munere ad Magistratum, vel officinm publicum promorus est, poterit cum restrictione mentali præstare iuramentum, quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

29 Urgens metus gravis est causa iusta, Sacramentorum administrationem simulandi.

30 Fas est viro honorato occidere inualorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat.

31 Regulariter occidere possum furem pro conservatione vnius aurei.

32 Non solum licitum est defendere defensione occisiua, quæ actu possidemus, sed etiam ad quæ ius inchoatum habemus, & quæ nos possessuros speramus.

33 Licitum est iam hæredi, quam Lega-

ga-

gatario contra iniuste impediētem, ne vel hereditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere, sicut & ius habenti in Cathedram, vel Præbendam contra eorum possessionem iniuste impediētem.

34 Licet procurare abortum ante animationem foetus, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur.

35 Videtur probabile omnem foetum quandiu in utero est carere anima rationali, & tunc primum incipere eandem habere cum paritur; ac consequenter dicendum erit in nullo abortu homicidium committi.

36 Permissum est furari non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

37 Famuli, & famulae domesticae possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam maiorem iudicant salario, quod recipiunt.

38 Non tenetur quis sub poena peccati mortalis restituere, quod ablatum est per parva furtiva, quantumcumque sit magna summa totalis.

39 Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem illius damni illati.

40 Contractus Moatralicetus est etiam respectu eiusdem personae, & cum contractu retro venditionis praeviae inito cum

intentione lucri.

41 Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit qui non maioris faciat pecuniam præsentē, quā futurā, potest creditor aliquid ultra fortē à mutuario exigere, & eo titulo ab usura excusari.

42 Usura non est dum ultra fortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solum si exigatur tanquam ex iustitia debitum.

43 Quidni non nisi veniale sit detrahentis auctoritatem magnā, sibi noxiam, falso crimine elidere?

44 Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam iustitiam, & honorem defendat. Et si hoc non sit probabile, vix vlla erit opinio probabilis in Theologia.

45 Dare temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale non datur tanquam pretium, sed dumtaxat tanquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale, vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut è contra.

46 Et id quoque locum habet, etiam si temporale sit principale motivum dandi spirituale; imò si sit finis rei spiritualis, sic ut illud pluris estimetur, quam res spiritualis.

Cum

47 Cum dixit Concilium Tridentinum, eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis vtilis, ipsi iudicaverit ad Ecclesias promovent, Concilium, vel primo videtur per hoc *digniores* non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum sumpto comparativo, pro positivo; vel secundo, loquutione minus propria, ponit digniores vt excludat indignos, non verò dignos; vel tandem loquitur tertio, quando fit concursus.

48 Tam clarum videtur fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia interdictam, vt contrarium omninò rationi dissonum videatur.

49 Mollities iure naturæ prohibita non est. Vndè si Deus eam non interdixisset, sæpè esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali.

50 Copula cum coniugata, consentiente Marito, non est adulterium; adeoque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.

51 Famulus qui submissis humeris, scienter adiuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandum virginem, & multoties eidem subservit deferendo scalam,

aper.

aperiendo ianuam, aut quid simile operando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a Domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.

52 Præceptum servandi festâ non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemptus.

53 Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo sacro, qui duas eius partes, imò quatuor simul à diversis celebrantibus audit.

54 Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas horas, ad nil teneretur, quia maior pars trahit ad se minorem.

55 Præcepto communionis annuæ satisficit per sacrilegam Domini manducationem.

56 Frequens confessio, & communio, etiam in his qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis.

57 Probabile est sufficere attritionem naturalem, modo honestam.

58 Non tenemur confessorio interroganti, fateri peccati alicuius cōsuetudinē.

59 Licet Sacramentaliter absolvere dimidiate tantum confessos, ratione magni concursus pœnitentium, qualis: v.g. potest

test

test cōtingere in die magnæ alicuius festi-
vitat̃is, aut Indulgentiæ.

60 Pœniteñti habenti consuetudinem
peccandi contra legem Dei, naturæ, aut
Ecclesiæ, etsi emendationis spes nulla ap-
pareat, nec est neganda, nec diferenda ab-
solutio, dummodo ore proferat, se dole-
re, & proponere emendationem.

61 Potest aliquando absolvi, qui in
proxima occasione peccãdi versatur, quam
potest & non vult omittere, quinimo dire-
cte, & ex proposito quærit, aut ei se inge-
rit.

62 Proxima occasio peccandi non est
fugienda, quando causa aliqua utilis, aut
honestã non fugiendi, occurrit.

63 Licitum est quærerere directe occasio-
nem proximam peccandi pro bono spiri-
tuali, vel temporali nostro, vel proximi.

64 Absolutionis capax est homo quan-
tumvis laborẽ ignorantia mysteriorum
fidei, & etiam si per negligentiam, etiam
culpabilem, nesciat Mysterium Sanctissimæ
Trinitatis, & Incarnationis D. N. Iesu-
Christi.

65 Sufficit illa Mysteria semel credi-
disse.

Quicumque autem cuiusvis conditionis,
status, & dignitatis, illas, vel illarum ali-
quam

quam coniunctim, vel divisim defenderit, vel ediderit, vel de eis disputative publicè, aut privatim tractaverit, vel prædicaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excômmunicationé latæ sententiæ, à qua non possit (præterquam in articulo, mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi pro tempore existente Romano Pontifice absolvi.

Insuper districtè, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione divini iudicij, prohibet omnibus Christi fidelibus, cuiuscumque conditionis, dignitatis, & status etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Tandem, ut ab iniuriosis cõtentionibus Doctores, seu Scholastici, aut alij quicumque, in posterum se abstineant, & ut paci, & charitati consulatur, idem SS. in virtute sanctæ obedientiæ eis præcipit, ut tam in libris imprimendis, ac manuscriptis, quam in Thesibus, disputationibus, aut prædicationibus, caveant ab omni censura, & nota, necnon à quibuscumque convitijs contra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec à Sancta Sede recognita, super eis-

25

ejusdem propositionibus, iudicium profe-
ratur.

Franciscus Ricardus Sanctæ Romanæ,
Universalis Inquisitionis Notarius.

Loco † Sigilli.

Anno à Nativitate Domini nostri Iesu-
Christi millesimo sexcentesimo septuage-
simo nono, indictione secunda, die verò 4.
mensis Martij, Pontificatus autem Santiss.
in Christo Patris, & D. N. D. Innocentij,
divina Providentia Papa XI. anno tertio,
supradictum Decretum affixum, & publi-
catum fuit ad valvas Basilicæ Principis A-
postolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in
acie campi flore, ac in alijs locis solitis,
& consuetis vrbis, per me Franciscum Pe-
rinum eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & San-
ctissimæ Inquisitionis Cursorem.

INNOCENTIVS PP. XI.

Ad futuram rei memoriam.

EX cõmissæ Nobis cœlitus dispensatio-
nis munere, spiritualium gratiarum

thesauros ad augendam fidelium religio-
nem, & animarum salutem, pia, prudentiq;
charitate largiter erogamus, ac tēdentibus
in id ipsum orthodoxorum Regum de Ec-
clesia Dei optimè meritorū studijs, paterna
benignitate libenter obsecundamus, sicut
omnibus matura consideratione perpensis
ad Omnipotentis Dei gloriam, & Christia-
ni populi ædificationem salubriter expe-
dire in Dño arbitramur. Supplicationib⁹
itaq; Charissimi in Christo filij nostri Ca-
roli Hispaniarū Regis Catholici nomine,
Nobis per dilectum filium nobilem virū
Gasparem de Guzman y Haro, Marchionē
de Carpio, pro eodem Carolo Rege apud
Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem su-
per hoc humiliter porrectis benigne in-
clinati, omnibus, & singulis vtriusq; sexus
Christi fidelibus in Regnis Hispaniarum
degentibus, verè pœnitē. & confessis, ac
Sacra Cōmunionē refectis, qui Parochialē
suam respectivè Ecclesiam, die Cōmemo-
rationis defunctorum à primis Vesperis
vsq; ad occasum Solis eiusdem diei inclusi-
vè, annis singulis devote visitaverint, & ibi
pro Christianorum Principum concordia,
hæresum extirpatione, ac Sãctę Matris Ec-
clesię si exaltatione, pias ad Deum preces ef-
fuderint, plenariam omnium peccatorum
suo-

fuorum Indulgentiam, & remissionem, quā
 animabus fidelium defunctorum, quæ Deo
 in charitate coniunctæ ab hac luce migra-
 verint, per modum suffragij applicari pos-
 sint, misericorditer in Dño concedimus.
 Præterea, ut omnes, & singulæ Missæ, quæ
 eodem die Cōmemorationis defunctorum
 per quoscumq; Sacerdotes, tam Sæculares,
 quā cuiusvis Ordinis, Congregationis, vel
 Instituti Regulares in prædictis Hispaniarū
 Regnis ad quæcumq; Altaria celebrabun-
 tur, animabus fidelium defunctorū, pro qui-
 bus celebratæ fuerint, perinde suffragen-
 tur, ac si ad Altaria privilegio Apostolico
 pro animabus defunctorum decorata, cele-
 bratæ fuissēt, auctoritate Apostolica tenore
 præsentium indulgemus. Non obstantibus
 nostra de non concedendis Indulgentijs ad
 instar, a ijsq; Constitutionibus, & ordina-
 tionibus Apostolicis, cæterisque contrarijs
 quibuscumq; , præsentibus ad decennium
 proximum tantū valituris. Volumus autē,
 ut si pro impetratione, præsentatione, ad-
 missionem, seu publicationem præsentium, aliquid
 vel minimū detur, aut etiā sponte oblatum
 recipiatur, præsentibus nullæ sint; Utq; earūdē
 præsentium litterarum transumptis, seu
 exemplis etiam impressis manu alicuius
 Notarij publici subscriptis, & sigillo per-
 sonæ

sonæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ
munitis, eadē prorsus fides habeatur, quæ
haberetur ipsis presentibus, si forent
exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud
Sāctum Petrum sub Annulo Piscatoris die
xiv. Martij 1679. Pōtificatus nostri anno 3.

I. G. Slufius.

Iacobus Antonius Redoutey, Notarius
publicus Apostolicus

INDEX VERBORVM,

quæ in prædictis Propositionibus con-
tinentur.

*Littera A. cum numero, vel numeris post
eam significat propositionem citatam esse ex
damnatis ab Alexandro VII. littera ve-
rò I. denotat esse ex damnatis
ab Innocentio XI.*

A

A Borius, Innoc.	stentes, I. 61.
34. 35.	Absolutio hæresis, &
Abolvere dimidiate	aliorum criminū,
Confessos, I. 59.	quando occulta
Abolvere consuetu-	sunt, A. 3. 4.
dinarios, I. 60.	Absolutio à casibus
Abolvere in occasio-	reservatis Episco-
ne proxima exi-	pis, a. 12.

Ac-

- Accusator falsus, A. 18. Confessio, A. 11. 13. 14. 24. 25. I. 56.
- Adulterium, A. 19. Confessus dimidiatè, I. 50. I. 59.
- Amphibologia, I. 25. 26. 27. 28. Consuetudo, A. 32. I. 58. 60.
- Animatio foetus, I. 35. Copula cum soluta, A. 25.
- Attritio naturalis, I. 57. Copula cum coniugata, I. 50.
- B
- Beneficium Ecclesiasticum habens, A. 16. 20. 21. 33. Crimina occulta, v. eorum Absolutio.
- D
- Beneficium Ecclesiasticum conferens, A. 22. Damnum, A. 18. I. 1. 39.
- Bestialitas, A. 24. Defensio bonorum, I. 31. 32. 33.
- Bulla Coenæ, A. 3. Defensio honoris, A. 17. I. 30. 44.
- C
- Calumniator, A. 17. Delectatio carnalis, 40.
- I. 30. Denunciatio heretici, A. 5.
- Césurarum cessatio, A. 44. Denunciatio sollicitantis, A. 6. 7.
- Comedere, & bibere ad facietatem, I. 8. Desiderium mortis, I. 13. 14.
- Communio, I. 55. 56. Detractio, I. 43.
- Côcubinarius, A. 41. Dignior, I. 47.
- Confessarius, A. 6. I. 58. Di-

- Dilectio Dei, & proximi, A. 1. I. 5. 6.
7. 10. 11.
Duellum, A. 2.
- E**
Electio confessorij, A. 16.
Electio Episcopi, I. 47.
Eleemosyna, A. 33. I. 12.
Excōmunicatio, A. 4.
- F**
Falsum crimen, I. 43. 44.
Famuli, & famule occultè salariū cōpensantes, I. 37.
Famuli peccatis heri cooperantes, I. 51.
Festum, I. 52.
Fidei actus, A. 1. I. 17.
Fidei assensus, I. 19. 20. 21.
Fidei confessio, I. 18.
Fides latè dicta, I. 23.
Fidei necessitas, I. 22.
Fornicatio, I. 48. 50.
Furis occisio, I. 31.
- Furtum in gravi necessitate, I. 36.
Furta parva, I. 38.
- G**
Gaudere de morte proximi, I. 13.
Gaudere de parricidio, I. 15.
- H**
Hæreditas, v. Desiderium, Gaudere.
Hæres, I. 33.
Hæresis occulta, v. eius Absolutio.
Hæreticus, v. eius Denunciatio.
Homicidiū, I. 35. v. Accusator. Adulterium. Calumniator. defensio.
Honor, v. Defensio honoris. Horarum Canonatum ommissio, A. 20. 33. I. 54.
Horarū canonicarū recitatio, A. 21. 34. 35.
- I**
Ieiunium Ecclesiasticū, A. 23. 29. 30. 31.

Ignorantia Myfterio-
 rü fidei, I. 64. 65. Mendicantes, A. 12.
 Inducere ad inferedü Metus gravis, I. 29.
 grave damnü, I. 39. Miffa, A. 8. 9. 10. I. 53.
 Indulgentię, A. 37. Moatra, I. 40.
 Infamia, I. 34. v. Mollities, A. 24. I. 49.
 Calumniator, De- Mutuum, v. Lucrum
 fenfio honoris. ex mutuo.

Infidelis, I. 4. N
 Iudex, A. 18. 26. I. 2. Nota prædeftinatio-
 Iuramentum, A. 10. nis, I. 56.
 I. 24. 25. v. Amphi- Nota timiditatis, v.
 bologia. L Duellum.

Lacticinia, & ova, O
 A. 32. Occafio proxima, A.
 Legatarius, I. 33. 41. I. 61. 62. 63.
 Legatum, A. 43. I. 33. Opinio probabilis,
 Lex, A. 28. A. 26. 27. I. 1. 2. 3. 4.
 Libri prohibiti, A. 44.
 45. Opus cõiugij ob fo-
 Litigantes, A. 26. lam voluptatē, I. 9.
 Lucrum ex mutuo, Osculum ob delecta-
 A. 42. I. 40. 41. 42. tionem carnalem,
 M A. 40.

Mandatum Tridenti- P
 ni, A. 38. 39. Peccata in confef-
 Maritus, A. 19. ne omiffa, vel o-
 Mendacium, v. Am- blita, A. 11.
 phibologia. Iura- Populus, A. 28.

Pre

32
 Præcepta fidei, spei,
 & charitatis, *A.* 1.
 1. 5. 6. 7. 16. 17.
 Præceptū annuę cō-
 munionis, *I.* 55.
 Præceptū annuę con-
 fessionis, *A.* 13. 14.
 Præceptum audiendi
 sacrum, *I.* 53.
 Præceptum diligēdi
 proximū, *I.* 10. 11.
 Præceptum Ieiunij
 Ecclesiastici, *A.* 23.
 29. 30. 31. 32.
 Præceptū recitādi offi-
 cium, *A.* 34. 35. 1. 54.
 Præceptum seruandi
 Festa, *I.* 52.
 Prælaci Regulares, *A.* 4.
 Privilegia Regula-
 rium, *A.* 36.
 Prudenter agere, *I.* 3.
 R
 Regulares, *A.* 4. 13.
 36. 37.
 Religiosus, *A.* 17.
 Restitutio, *A.* 20. 33.
 1. 38. 39.
 Restrictio mentalis,

v. Amphibologia.
 Reus correctus, *A.*
 44. S
 Satisfactio Sacramē-
 talis, *A.* 15.
 Simonia, *A.* 22. 1. 45.
 46.
 Simulatio admini-
 strandi Sacramēta,
A. 29.
 Sodomia, *A.* 24.
 Sollicitatio in cōtes-
 sione, v. Denuncia-
 tio sollicitantis.
 Stipēdium Missæ, *A.*
 8. 9. 10.
 Superfluū statui, *I.* 12.
 T
 Temporale pro spi-
 rituali, v. Simonia.
 Testis falsus, *A.* 18.
 1. 24.
 V
 Usura, v. Lucram ex
 mutuo.
 Usus Amphibologiae,
 v. Amphibologia.
 Usus privilegiorum
 revocatorū, *A.* 36.
 Vxor, v. Adulteriū.

FINIS.

DEFINITIONES MORALITUM

231

Peccatum in communi est recessus voluntarius a regula divina

Peccatum originale est peccatum primi Parentis quatenus fuit natura transfusus per virtutem seminalis in omnes, sive mediate sive immediate ab eo genitor, quo sibi et illis perdidit iustitiam originale qua ad seculum et beatitudinem quo ad futurum, et haec definitio est a priori

Peccatum originale a priori sibi definit: privatio iustitiae, et sanitatis debite in essentia quibus ex pacto facta a deo cum Adamo.

Peccatum actuale definit: a priori privatio debite rectitudinis

Peccatum actuale a posteriori est dictum factum vel concupitum contra legem dei aeternam.

Peccatum mortale est dictum, factum vel concupitum contra legem aeternam in re gravi

Alio modo definit sibi recessus perfectus et voluntarius a regula divina grave iniuria inferens deo, eadem gratia peccata privata et aeterna moribus ad iudicium

Peccatum mortale a priori sibi definitur privatio
debitae rectitudinis

Peccatum habituale est quaedam habitus seu ma-
culae ex peccato actuali delicta

Peccatum veniale est diducit fuerit vel concupiscit
contra legem dei in re levi

Alio modo definitur: recessus voluntarius a re-
gula divina, levis injuria inferens deo, privans
peccante fervore charitatis, et disponens ad pec-
catum mortale

Peccatum veniale a priori sibi definitur privatio
debitae rectitudinis.

Las causas per las quales, e borras
los peccatos veniales

orans, linchus edens, confessio, dans, benedicans.

Conscientia est dictamen rationis quo vultus dic-
tat, quid faciendum vel fugiendum sit.

Conscientia recta est illa, que judicat vel dic-
tat quod verum est.

Conscientia erronea est illa, que aliter aliquid
quod sit judicat. v.g. si dicat bonum esse malum
vel malum esse bonum.

Conscientia dubia est illa, que neque assensit
neque disconsentit, sed anceps manet et inequalis.

lvio.

Conscientia probabilis est illa, quae assentit et haerret uni parti, sed cum timore, et formidine partium oppositarum, quia timet partes oppositas esse veras.

Conscientia scrupulosa est illa, quae uni parti adhaeret cum formidine partium contrariarum ex levi fundamento, et minus sufficienti: et haec nascitur ex quadam pusillanimitate.

Conscientia speculativa est illa, quae in genere concludit aliquid esse malum vel bonum, agendum vel fugiendum.

Conscientia practica est illa, quae in casibus particularibus iudicat aliquid bonum vel malum, agendum vel fugiendum.

DEFINITIONES DEL I. MO DAMIENTO

Preceptum est motus quaedam superioris imperantis aliquid inferiori ex necessitate.

Affirmativum est quod obligat semper in intentione non semper in executione.

Negativum est quod obligat semper in intentione ad quae semper in executione.

Preceptum naturale est quod fundat. in principiiis naturalibus scilicet quod tibi visum, quod tibi visum.

Præceptum divinum est quod est positum a deo
Præceptum positivum est quod est positum ab aliquo
superiori. vide fol. 10.

Fides est virtus theologica, qua firmiter assen-
timur veritatibus a deo revelatis

Fides implicita est credere omne quod Ecclesia in
communis modo crede

Fides explicita est credere omnes articulos fidei cla-
re et distincte et sigillatim.

Fides media est credere unum articulum fidei clare et
distincte et alios articulos fidei virtualiter

Infidelitas est vitium contra fidem

Heresis est error pertinax id est deliberatus homi-
nis baptizati fidei catholicæ ex parte contrariæ

Apostasia est error pertinax hominis baptizati
catholicæ ex toto contrariæ

Paganismus est infidelitas contra fidem receptam

Judaismus est infidelitas contra fidem receptam
sed in figuris

Pertinacia est infidelitas contra fidem taliter quod
illud quod dicitur vel credit defendere velit

Blasphemia est convitium vel verbum contumeliosum
sive contra Deum vel sanctos vide fol. 13.

Religio est virtus moralis credens debita cultum

235
Ius tunc ~~est~~ primo omnium rerum principio.
Superstitio est cultus vitiosus, quo colit. aliquid
modo indebito.

Idolatria est exhibitio divini cultus ergo falsum
deum.

Divinatio est amulatio inordinata eorum, quae per
naturas cognosci non possunt; fitque ope demonis.

Vana observatio est superstitio, in qua media asu-
munt. quae non habent illas virtutes ad tales ef-
fectus.

Magia naturalis est ratio quaedam operandi mira
per causas naturales absque ope demonis.

Magia superstitiosa est ratio quaedam operandi mi-
ra per signa, et ope demonis.

Maleficius est ars nocendi alii a se demonis.

Maleficius alius est amatorius, quo malefici usus
fit ad sollicitandum animum hominum ad peccata car-
nalis. Et alius est veneficius, quo solent demones
inducere hominibus exitum ventris, gradine, &c.

Sortilegius est divinatio per sortes vel aquivales
ad cognoscendum secreta praeterita vel futura
ope demonis. p. duplex videlicet.

Astrologia judiciaria est cognitio eventus futuri
ex specie coloris dependentis ex libero hominis
arbitrio.

235
Incantatio est demonij invocatio trinita vel eius
In

Spes est virtus theologica, qua speramus divinam be-
titudinem divino auxilio consequendam

Presumptio est qua quis vult beatitudinem tanquam
debitam sibi naturalibus ~~meritis~~ meritis, absque
Dei gratia consequendam

Desperatio est voluntarij recessus a beatitudine
Futura

Charitas est amicitia supernaturalis hominis ergo
Deum. Vel sicut est virtus theologica in amore mu-
tuo inter Deum et hominem consistens

Mors pietatis est summa quantitas pecuniarum pro
mendi vel aliorum rei publica auctoritate de-
putata ad pauperum inopiam sublevendam

Elemosina est virtus, qua aliquid alteri ex
compassione ad ipsius necessitates sublevandas pro-
pter amorem Dei

Odium Dei est quod quis Deo malit vult

Locus sacer est ex benedictione deputatus
officia celebranda, et ad sepulchra

Sepultura est locus sacer, in quo fideles deinde
sepeliri cum ceremoniis, et sollemnitatibus ab
Ecclesia institutis, et ordinatis

Quarta parochialis est illa pars (scilicet

quarta pars ex relicta causa mortis scilicet fune
 ralis debet illi Ecclesie parochiali in qua quis
 de jure sepeliendus est; cum si alibi sepeliat
 quarta Episcopalis est illa pars que ex legati
 pijs et fiscalibus relationibus factis Ecclesie
 Episcopo subiecta ipsi Episcopo debet.

Spolium est omne illud quod reperit in bonis per
 sona Ecclesiastica post ipsius mortem ad ipsius ha-
 redes non pertinentem

Libertas Ecclesiastica est exemptio personarum Eccle-
 siasticarum a potestate seculari seu a iudice
 laico

Immunitas Ecclesiastica est privilegium seu con-
 cessio Ecclesie concessa ut ibi contentas tuti sint
 a laica potestate

Hi sunt casus in Bulla Gregorij
 expressi quibus immunitas Eccle-
 siastica non suffragatur

Latrocinium publicum, despoliatio viarum, depopulatio agro-
 rum, homicidia vel mutilationes in Ecclesiis vel se-
 cretariis; homicidium proditorie factum, crimen
 assassinij, delictum heresij, et crimen lese mages-
 tatis in personam Principis commissum.

Alienatio est actus quo dominus directus vel utile
 aut usufructus aut jus in alterum transfert.

Causa criminalis est illa in qua agit de poena inferenda ut iustitia vindicativa satisfiat.

Clausura monasterii est loci monasterij, intra quem monachi se continere debent, et a quo egredi nequeunt sine violatione praescripti sui voti. In clausura ex voto servare tenent.

Religiosus apostata dicitur ille qui a vero religioso ordine discedit animo deserendi statum religiosum, sicut redendi ad Religionem sive cum habitu, sive sine habitu discedat religiosus.

Religiosus fugitivus dicitur ille qui a monasterio discedit ad tempus, cum intentione redeundi.

Tentatio dei est actus contra Religiosos, quos quis, absque justa causa aliquid dicit vel facit ad capiendum experimentum de aliqua divina perfectione v.g. de potentia, iustitia, misericordia.

DEFINITIONES DE 2^o MAN DAMIENTO.

Juramentum est invocatio dei in testem in aliquo iuramenti confirmatione.

ut iurandus licet discernere notato
quid, cui, quod, per quod ad quid
cur, quomodo, quando.

Juramentum assertorium est in quo affirmat. aut

negat. aliquid presens aut proteritum

Juramentum promissorium est in quo futurum confirmat. vel negat. aliquid promittendo.

Juramentum comminatorium est in quo promittit alicui malum pena

Juramentum execratorium est in quo iure promittendo iure sperando aliquid confirmat vel negat. iure sperando aliqua pena

Adjuratio est contestatio sui sacra, cuius reverentia intendimus alterum premovere ad aliquid peragendum

Adjuratio deprecativa est qua fit deprecando, qua vivimus erga Deum, sanctos vel superiores

Adjuratio imperativa est qua fit precipiendo, timore incutiendo, qua vivimus erga Deum, vel subditos.

Adoratio est exhibitio seu reverentia propter excellentiam illius cui exhibet.

Adoratio latris est propria et supremis cultus debitus sibi Deo.

Adoratio dulia est illa, qua exhibet. creaturis propter excellentiam ipsarum

Adoratio hyperdulia est qua debet. B. M. V. & majoribus eius excellentias et alia videbis fol. 38.

Veritas est voluntaria, et deliberata promissio

facta Deo de meliori bono

Ablatio voti est quando tollit. votum alio modo quod
per adimplentionem. Quod tripliciter fit vide fol. 38.

Votum simplex est quod in sola promissione et tradi-
tione ex parte votiatis consistit

Votum solemnne est quod ultra talem promissionem con-
sistit in acceptatione ex parte Dei cui fit ipsa pro-
missio; hanc acceptationem fit per Prelatum in loco Dei.

Interpretare votum est quando declarat si votum
obligat vel non obligat vel quando obligat

Cessatio voti est ablatio voti qua tollit. votum.

Iuramentum voti est annullatio voti facta ab eo
qui habet potestatem dominativam, seu quasi do-
minativam

Dispensatio voti est ablatio voti omnimoda facta
ab habente potestatem jurisdictionis fori
exterioris ecclesiastici ex iusta causa.

Dispensatio motu proprio concessa est alicuius jurisdic-
tionis quo quis eximitur ab obligatione legis
absque informatione, et precibus presentibus

Commutatio voti est permutatio materia vo-
ti in alienam materiam loco prioris subro-
gatam.

Vota summo Pontifici reservata sunt hanc vo-
ti castitatis perpetua; vota Religiosis quo

probata; vobis perigrinationis ad limina h²⁴¹
solorum; vobis ad sanctum Iacobum Compostellanum; vo:
bis in terra sancta Ierusalem.

DEFINITIONES DEL 3º Y 4º

Mandamiento

Diei festus est dies segregatus deo ab operibus
servilibus

Missae est oblatio corporis et sanguinis Domini sub
alienis speciebus facta sacrificij ab eo semel cri
biti expressiva.

Missae ut sacrificium est sermo sacra, quae res alia
sacro aliquo modo consumit et soli deo offert

Auditio Missae est actio per quam quis interest mis
sa humana modo corpore scilicet et mente; in ea
distantia ut saltem videri possit sacerdos, et ad
illius ministerium attendere

Obedientia est virtus qua promptus facit homines
ad implendum mandatum Superioris et tale est.

Honor est reverentia exterior quae alicui perso
nae exhibet propter aliquam illius excellentiam.

Lex est ordinatio rationis promulgata ad bonum
commune ab eo qui curam habet communitatis pro
mulgata et potestate obligandi.

Lex aeterna est mensura ratio dei bona praecipiens

et mala prohibens

Lex divina est ipse met deus quatenus indicat quid faciendum quid omitendum, et voluntate habet obligandi creaturas ad sui obligationes.

Lex humana est illa, quae simpliciter auctoritate hominum decernit, tamen a deo dependenter.

Lex naturalis est ipsa convenientia seu convenientia rei cum recta ratione.

DEFINITIONES DEL 5º MAN DAMIENTO

Homicidium est iniusta hominis occisio.

Duellus est pugna singularis deliberata ab utraque parte designatis loco et tempore cum periculo occisionis aut vulneris lethalis.

vim vi repellens moderamine inculpate tutelae.

Bellus est conflictus armorum seu professio nocendi parti contraria vi et armis.

Bellus offensivus seu vindicativus est illud quo aliquis evadimus. Defensivus est quo quis se tuet contra aggressores.

Odius est velle alicui malum, quia malus illi est.

243.
DEFINITIONES DEL 6.º MAN
damiento

Castitas est virtus, quae carnis voluptatem modera-
tur

Luxuria est actus venereus illicitus.

Fornicatio simplex est actus venereus illicitus
soluti cui soluta

Stuprum est actus venereus illicitus, quo homo
per vim claustrum virginale violat

Adulterium est actus venereus illicitus cui con-
iungato

Incestus est actus venereus illicitus cui conser-
quines vel affine inter gradus prohibitos.

Raptus est abductio alicuius personae invito
vel resistente Parentibus vel illi, quibus
res habent eius ad explendum libidinem vel ma-
trimonium contrahendum.

Sacrilegium est actus venereus illicitus cui per-
sona habente votum castitatis vel simplex
vel solenne.

Peccatum contra naturam est illud quod fit con-
tra ordinem naturae.

Pollutio est quod quis sine coitu sponte
polluit.

244 Sodomitia est adus venerem illiis inter masculu-
lus et masculus; et inter feminas.

Bestialitas est adus venerem illiis cum rea-
terius speciei.

Molus luxuria primo primi sunt illi, qui repente
confugiunt ad rationem anteverunt, qui quidem
molus non sunt peccata.

Molus luxuria secundo primi sunt illi, qui pro-
videri et caveri possunt quidem non sunt peccata si
veniunt ex causa habente honestatem et utilitatem
et ex peccatis carnalibus in confessione auditis
si vero proveniunt ex alio capite, et procaerent
procaerent sunt peccata.

Concubinatus est frequens et continuata forni-
catio cum eadem persona per omnes species luxuria
vagans.

Oculatio proxima, est oculatio particularis quae
credere vel credere debet Confessor vel penite-
nus quae vel raro se usurum ea sine peccato
mortalis bene expensis eius circumstantiis.

DEFINITIONES VEL 7^o MAN-
damiento.

Furtum est occulte ablatio iniusta rei alienae
Rapina est ablatio iniusta rei alienae per vim
facta.

245.
Bellum est tributum quod pro mercibus in vadis
ponitur.

Redagium est tributum quod solvitur pro transitu
personarum.

Portorium (quod est species vadicagii) est quod pro
rebus que navi deferuntur solvitur. Ecclesie seu
loco pio.

Restitutio est ad eum iudicio commutativa, quod datur
aut proximo factum restituit. seu reficit.

Restitutio in integrum est beneficium seu remedium
quo persona lese restituitur. per se taliter a iudice
se in pristinum taliter quod contractus cum ipsi ce-
lebrati rescindantur si illa expedit.

Incediarii dicitur illi qui scienter et pravo ani-
mo contra iustitiam incendunt non propter intentio-
nem licet ex ignorantia mortali seculo.

Iustitia legalis est virtus inclinans voluntatem
ad ius suum unicuique tributum.

Iustitia legalis seu generalis est virtus ordinans
omnes personas ad bonum commune.

Iustitia commutativa est virtus moralis consi-
dens equalitatem inter particularem personas
in ius rei pro alia.

Iustitia distributiva est virtus ordinans bonum
commune ad singularem personas distribuens singulis
ad decet.

Las Personas contenidas en estos versos, estan obligadas a restituir
in totum.

Iustus, consilium, consensus, palpato recessus,
participans, metus, no dolens, no manifestans.

Docusor bona fidei est qui rem, que habet existimare esse sua, quia nesciebat esse latronis, a quo emit.

Docusor mala fidei est qui rem, que habet existimare non esse sua, quia sciebat esse latronis, a quo emit.

Docusor fidei dubia est quando aliquis nescit quid illud quod possidet si est suum vel no, et tamen illud possidet.

Las circunstancias de la restitucion son estas:

quis? quid? quantum, ubi?

ubi? quo, ordine, quomodo, quando.

Usucapio est adquisitio domini per continuacionem temporis lege definita.

Prescriptio est adquisitio domini et iuris possessione legitima tempore et lege prescripta continuata.

Representatio seu pignoraliones nihil aliud sunt quam concessio seu facultas alieni facta et pro re ab alio sibi accepta vel proda prohibita.

possit res equivalente propria auctoritate im-
pune accipere ab alia tertia persona, etiam
inferendo si quis fuerit

dominus est facultas vendi et ad omnes alios lo-
ge promissos.

Signus est omnis res, qua creditur pro debito obli-
gat. et simili

DEFINITIONES DE 8^o MA DAMIENTO

Mentiri est contra mentem iura

Mendacius est verbum falsum in intentione fal-
lendi

Mendacius materiale est significatio falsum
re dicta, et non in intentione

Mendacius formale est significatio falsi in in-
tentione cens in re dicta

Mendacius materiale et formale simul est sig-
nificatio falsi non solum in intentione, verum etiam
in re dicta

Mendacius obliquus est quod in favorem alius
sui promulgat. sine intentione nocendi illi

Mendacius iocoser est quod iocose alium pro-
mulgat.

Mendacius perniciosus est quod contra deum pro-

vel sanctos promulgat

Aequi vera sunt quorum nomen est comuue, et ratio
significata, seu participata per nomen et omnia
diversa

Fama est multorum existimatio de vita et moribus
alterius. Si est bona fama est bona existimatio

Et si est mala fama est mala existimatio

A circa del mal

Imponens, augens, manifestans in malo veteri

A circa del bien

qui negat aut minuit faveit laudatque remittit
Injuria est illud, quod fit sine jure aut contra jus

Contumelia est inhonoratio alicujus personae in
praesentia per verba aut signa contumeliosa
sine culpa

Detractio est occulte et injusta ablatio fame per
verba aut signa cum intentione nocendi

Libellus famosus est scriptura vel scriptura qua
alicujus infamiam continet non deus publicis sed de
publicis fiat

Susurratio est occulte ablatio contra proximum
qua dissolvi possit amicitia vel discordia inter
amicos excitari

Derisio est actio, quia proximus rubore suffu-
dit, et bonae conscientiae privat.

299
Maledictio est imperatio mali in aliquo sub
ratione mali

Dijcordia est inordinata discentia voluntatis, n. volun-
tate alterius, cui consentire debet

Contentio est altercatio verborum cum aliquo con-
tra veritatem ad ipsam cognoscendam

Judicium temerarium est firmus accensus de ali-
qua re ex levibus indiciis

Suppositio est opinio mali orta ex levibus indiciis
et vel formidine opposita

Curiositas est superflua diligentia in rebus
inutiles, vel qualitates earum minime necessaria

DEFINITIONES DE OCTO PRE- CEPTIS DE LA SIGLASIA

Missio est Matris corporis et sanguinis Domini sub
alienis speciebus facta sacrificij, semel exibili
expressiva. Cetera videbis fol.

Scandalum activum est visus factus minus rectus
probens alteri occasionem ruinam

Scandalum passivum est occasio peccandi accepta
et non data

Vana gloria est appetitus inordinatus gloriae vel
manifestationis propriae excellentiae vel laude
multorum

250 Hypocriſij et mendacis operis, et simulatio
virtutis

Jejunium ab abſtinentia ab his, quæ gustu perci-
piuntur

Jejunium naturale est abſtinentia, a cibo et potu

Jejunium Ecclesiasticum est abſtinentia, a cibo et
potu secundum regulas ab Ecclesia institutas

Temperantia est virtus, quæ conficit ut non
plus sibi et potus sumat, quam ratio natu-
ralis dicitur

Decima est pars decima fructuum ministris Ecclesie
de ministerio Ecclesie spirituali ipsorum debita
et communis fructus bonis

Medionata est quædam pars fructuum, quæ ab impe-
rantibus beneficia a sede Apostolica solvit. Cam-
era Apostolica in ipso beneficii ingressu, modo
fructus redditus 24 Ducatos camerales accedat.

Quindennium est percussio integrorum annorum
fructuum, aut saltem dimidiæ partis, quæ de
mo quinto quoque anno Summo Pontifici sol-
vitur et beneficiis alicuius Communitatis vel Col-
legio concessis

Primitivæ sive primi fructus, quæ a agris aut
arboribus percipiuntur, et in recognitionem bene-
ficiorum Deo offeruntur.

Privilegium est specialis gratia alicui concessa a
lex, qua concedit alicui aliquid speciale
Opinio est accensus intellectus ad aliquid propter
rationabiles electiones, declinans ad unam partem
magis quam ad aliam vel formidine tamen alter
ius partem

Suspensus est quedam suspensio oris ex levibus
indiciis.

DEFINITIONES DE SACRAMENTIS DE LA SIGLAFIA

Sacramentum est signum rei sacre sanctificantis
not.

Character est signum spirituale indelebile ani-
ma impressum

Baptismus est ablutio corporis exteriori facta
sub forma prescripta verborum. quadruplex scilicet
et alia videlicet sunt.

Character baptismalis est signum spirituale, quod bap-
tizatus constituit membra Christi, subditus
Ecclesie; et sic capax ad alia sacramenta recipien-
da.

Martirium (quod est 2^o species baptismi) est passio
seu cruciatus lethalis susceptus pro Christi fide
aut pro vera virtute

Confirmatio de unctio criminalis in fronte signo
crucis sub prescripta verborum forma ad fidei
verbum esse sequendum

Character Confirmatorius est signum spirituale
quo Christianus armatur in militem Christi

Eucharistia est sacramentum nove legis continent
sub speciebus panis et vini corpus et sanguis
Christi ad nutritionem vite spiritualis per
baptismum dato

Transubstantiatio est conversio seu transitus
essentiae alicuius substantiae in aliam substantiam

Lotus discretus, sanus, ieiunans et abstinent
Contritus, fessus, mundus, reclusus paratus

Penitentia ut sibi est medicina utilis ad delendum
peccatum ex divina institutione

Penitentia ut virtus est virtus supernaturalis
inclinans hominem ad detestationem peccati ad satisfaciendum
deum pro injuria illi facta, et conservandam
pacem eius illius

Penitentia ut sacramentum est sacramentum nove
legis continent ex actibus penitentiae et
absolutionis sacerdotis in remissione peccatorum
quo post baptismum sunt commissa

Arrensio est detestatio sive dolor de peccatis com
missis propter nihil, quod iube pati possunt

in proposito no peccandi de cetero, confitendi, satisfaciendi et ipse venia obtinenda

Contritio est detestatio sive dolor de peccatis commissis ac de dei offensa propter deum suam dilectionem in proposito no peccandi de cetero, confitendi satisfaciendi et ipse venia obtinenda.

Confessio est accusatio legitima et sacramentalis de propriis peccatis facta sacerdoti ad obtinendam remissionem peccatorum per absolutionem sic simpli humiliter confessio pura, fideliter

Ad quod frequenter, nuda, castissima libere, verecunda
Integro secrete, et lacrimabiliter accelerata

